

possit; neque enim si aliud conscripsisset Hildefonsus in Deiparae Virginis defensionem illos soritus adversarios, credimus ejus Vitae scriptores silentio fuisse praetermissuros. Quo praefacto fundamento, tota ista collatio inter utrumque opus a Mabillonio docte instituta, summissime constat; continuoque elicetur hoc alterum opusculum quod et propter styli differentiam, et argumenti dissimilitudinem, et adversariorum quos oppugnat diversitatem, nullatenus potest ad illud Hildefonsi tanquam ejus pars aliqua referri, esse alteri adjudicandum.

Quod reliqua spectat, postquam Acherii Editionem cum illa Feu-ardentii, et Codice nostro ms. Ameliano (de quo multa jam intentio in prefatione libelli de Virginitate) diligenter contulimus, quanquam Manuscriptum cum Feu-ardentio consentire deprehenderimus, hos tamen deserpre, atque Acherii Editionem, uno vel altero loco excepto, sequi decrevimus. Nec temere; est enim hic tractatus in Acherio ut plurimum correctior quam in nostris, in quibus, ut jam indicavit Mabillonius, perturbatus est ordo, et interpolatus contextus. Non ideo tamen Codicis nostri parvipendenda est auctoritas; namque scriptura illius correctissima est, que sapientia cum ms. Corbeiensibus Acherii consentit, eorumque lectionem confirmat contra Feu-ardentium, ut ex variantibus lectionibus apparet. Deinde in eo ipso Codice secundi libelli conclusionem reperimus, qualis habetur in Feu-ardentio, desideratur vero in Acheriana Editione. Et nostro quidem iudicium quicunque attente utramque pertegetur, fatebitur secundam hujus opusculi partem in Acherio esse mutilam, quippe que in media ejusdem Isaiae sententiae expositione desinit, haerente adhuc et suspensa oratione; in nostris vero perfectam extare, in quibus non ante finis sermoni imponitur, quam tota sententia explicata ad rem accommodata sit, divi Augustini verbis oratione conclusa. Quare non dubitavimus ex nostro supplere que Acherianae Editioni deesse cognovimus.

Interea tamen necessario factum est ut duo fragmenta, que ex loco non suo merito rejecta sunt, separata remanserint. Quae ne omnino perirent, huic opusculo ante sermones subjiciimus, scilicet exordium sermonis (ut est in Feu-ardentio) de Parturitione et Purificatione sanctae Mariæ, et medium partem tractatus de Parturitione, apud ipsum. De his admonitus, vale.

## OPUSCULUM<sup>a</sup> DE PARTU VIRGINIS PASCHASIO RATBERTO ABBATI CORBEIAE VETERIS PROBABILIUS ATTRIBUENDUM.

Quamvis omnium Ecclesiarum virginitas beatae et gloriose genitricis Dei Mariae sit decus, honor et forma virtutis, maxime tamen sanctimonialium virginum, quarum castitas ejus et specialius illustratur virtutibus, informat exemplis, corroboratur et meritis. Unde sacratissimum ejus puerperium animo et corde devotissime venerari ac retexere, divini munieris est gratia. Pro ea vero contra haereticam pravitatem dimicare ac vincere, opus est Spiritus sancti et virtus Altissimi, qui eam obumbravit, ut sine coitu viri, et sine ulla corruptione, <sup>b</sup> Deum et hominem pareret, virgoque semper maneret. Pro qua jam olim beatum Hieronymum contra Helvidium haereticum et contra ejus complices scripsisse legimus; quos ita debellavit ac devicit, ut deinceps usque ad praesens nihil <sup>c</sup> recidivum erroris contra eam surrexerit.

Sed quia nunc quorundam fratrum rursus impudica quasi perunciendo laborat temeritas, decrevi ad vos, matronæ Christi, de his scribere, que ipsi curiosius contra ejus pudicitiam quam religiosius

<sup>a</sup> In Acherio inscribitur hic liber de Partu virginis: In Feu-ardentio vero et Codice nostro Ameliano ejus titulus est: Liber contra eos qui disputant de perpetua virginitate sanctæ Mariæ, et ejus parturitione.

<sup>b</sup> Sic incipit liber in nostris absque ulla prefatione: In Codicibus tamen Corbeiensibus legitur hec, prout ab Acherio edita est: <sup>c</sup> Venerabilis Matronæ Christi una cum sacris virginibus Vesona monastice degentibus Pascharius Ratbertus monachorum omnium peripsema.

<sup>c</sup> Questionem, charissimæ, de partu beatae Mariae virginis mihi nuper allatum vobis persolvere decrevi, quoniam vos eam plurimum amare non ambigo, ut ex hoc sciatis quantum vos diligam longe diu a puer vester alumnus, multo jam senio confessus.

Illi autem Vesona Mabillonius cum Acherio contendit legendum *Sessona*, seu *Sessione*; Ludovicus vero de la Barre retineri posse putat, cum in

A conantur explorare. Explorando vero partum virginitatis ejus et uterum pudicitia, introducunt <sup>d</sup> ac si peritissimi physiologi <sup>e</sup> callide satis disputatione sua colluvione in vitiorum, in qua concurrunt plurima errois discrimina.

Dicunt enim non aliter beatam virginem Mariam parere potuisse, neque aliter debuisse quam communis lege naturæ, et sicut mos <sup>f</sup> est omnium feminarum, ut vera nativitas Christi digni possit. Alias autem (inquit) si non ita natus est ut ceteri nascuntur infantes, vera nativitas non est. Et ideo ne fantasia petetur, aut ne sicut aqua per alveum transisse, ita per uterum virginis absque nascentis ordine natus creditur, pium est sentire, sic eum lege naturæ natum fuisse, quomodo nascuntur ceteri infantes, et eam sic peperisse sicut reliqua parvunt mulieres.

O caeca piezas, que tam impie sentit de Maria virgine, et caeca presumptio, que tam impie loquitur de Christo! Non dico quod dicant virginalem

B Petragoricensi provincia in Galliis fuerit urbs Vesona, seu Vesonna, aut Vesuna dicta, ut omnes norunt.

<sup>c</sup> Ita Acherius et noster Cod. ms. Feu-ard. edit. specialiter illustrata. Paulus infra edimus Pro ea vero, ut est in Feu-ard. et Am. melius quam Propter ea, quod habet Acherius.

<sup>d</sup> In Acher., Dominum.

<sup>e</sup> Recidivam habent Feu-ard. et Acherins; dissentit Cod. Am., qui scribit residuum; que lectio in altero Corbeiensium reperitur, nec improbat a L. de la Barre.

<sup>f</sup> Ag. si. Haec verba parenthesi inclusa voluit L. de la Barre, quasi a librario superaddita, sensumque perturbantia. Non negamus; sed nutus ita Codex non habet, nec omnino intolerabilita sunt.

<sup>g</sup> Callida, Amel.

<sup>h</sup> Est deest in Feu-ardentio; at habet cum Acher. Amel. Cod.

<sup>i</sup> Alias etiam in Amel., solus Feu-ard., alii.

anatisse que nesciens virum: virgo concepit, virgo A plus homo totum accipiendo quod Dei est, • aliud quam quod Deus est esse non potuit. Ac per hoc si Deus Verbum, totum suscipiendo quod est hominis, homo est, et assumptus homo totum accipiendo quod Dei est, utique Deus est. Quod si ita est, ut iste confessus est, imo quia est, ubi, quæso, est communis lex in nascendo, ubi colluvio vitiorum? Nam Christus Deus qui nunquam non fuit, ex quo homo factus est et assumptus in unitate personæ, semper mansit et permanet verus Deus et homo: non duo quidem, ut esset alter Deus, et alter homo, sed unus idemque Deus et homo. Quamvis enim aliud per quod Deus, et aliud per quod homo, in utroque tamen unus Deus et homo, quia non fuit aliquando purus sine Deo conceptus vel natus homo. Sed quia conceptus est de Spiritu sancto ex virginæ carne, et natus homo vere, mox ex ipsa conceptione, ineffabil nativitate Deus verus processit, et natus est homo. Quomodo ergo commune dicitur, quod est ineffabile? Vel quomodo non semper totus est verus Deus Christus, <sup>1</sup> qui nunquam sine vero Deo nec conceptus est, nec natus? Et ideo sicut clavis visceribus jure creditur conceptus, ita omnino et clauso utero natus. <sup>2</sup> Nec enim illi accessit de homine impotens, quo modo nasceretur ex Virgine, sicut nec aliquando ei accessit, ne esset Deus et unus Christus, qui voluit sic nasci in unitate veri Dei et hominis, ut esset totum veritas quod nascebat, et esset ineffabile prout nascebatur, atque totum credibile quod ex Virgine nascebatur sine colluvione peccati, sicut ex nulla contagione primæ originis.

B Quapropter cogit et divinarum rerum jura, quia non ex natura rerum in divine leges pendent, sed ex divisionis legibus naturæ rerum et leges manare probantur. hiccir temerarium est asserere de Christo quod secundum communem legis naturam sit natus, qui non secundum usum nature in utero de carne Virginis est procreatus. Nam et ipsa lex naturæ, sub qua nunc nulieres concipiunt et parvunt, ut ita dicam, vere non est lex naturæ quedammodo, sed maledictionis et culpe; quoniam nisi Adam et Eva primi peccassent in paradiſo, nemo deinceps nasceretur sub culpa peccati. Et ideo ista communis lex nascendi non naturæ est, sed corruptionis et vitii. Maria autem quia benedicta culpam corruptionis non habuit, propterea Christum non in dolore neque sub corruptione genuit. Quod si ex corruptione aut cum dolore natus est Christus, jam ex maledicto natus est; de quo maledicto Genesist testatur quod dixerit Dominus Ihesus: *Multiplicans, inquit, multiplicabo dolores tuos, et conceptus tuos* (Gen. iii, 16). Pro quo Symmachus *affectiones tuas* dixit. Origenes vero et Theodotion, necon et Septuaginta *tristias tuas* dixerunt et *gemitus*; ubi et Theodotion et Symmachus pro gemitibus *ernestis* posuerunt. In quibus omnibus non lex naturæ designatur, ut isti physiologi volunt et imperite satis, sed lex vindictæ multiplicantur, et augetur causa peccati, labores in partu, afflictiones, tristitia, et serumne aliquid gemitus. Pro quo in Hebreo habetur: *תְּנִזְבֵּחַ בְּעָמָדָה וְרָבָבָה*. Unde omnes que parvunt non ex natura primæ originis sic parvunt, sed ex vitio culpe, et ex maledicto justæ vindictæ Dei. At vero benedicta et gloriissima virgo Maria, non dico quod non ex communī lege naturæ, verum etiam nec ex natura primæ originis filium, neque ex semine viri, sed de Spiritu sancto ex sua carne divinitus procreatum, sine ulla vitiorum colluvione Deum et hominem profudit. Et ideo partus ejus non sic tractandus est, ut ceteri nascuntur; quoniam <sup>3</sup> sicut doctor egregius Athanasius ait inter cetera in libello fidei sue, quem quasi sub dialogo edidit, incarnatus est Unigenitus secreto suo mysterio, quod ipse novit (Lib. ix, De sua fide, circa fin.). Unde prosequitur: *Nostrum est*, inquit, *credere*, et illius nosse. <sup>4</sup> Adiunt quapropter, quia solummodo illius est nosse quomodo conceptus, quomodo in utero conversatus, quomodo Verbum Deus et homo de Virginie natus sit unus Christus, quia, ut ipse ait, Deus Verbum totum suscipiens quod est hominis, ut homo sit, et assum-

C Quapropter audiant temerarii perscrutantes tanti mysterii, et intelligent quod non sunt haec humanitatis jura in nascendo, neque lex, non dico damnatae naturæ, verum etiam nec lex primæ originis ante peccatum, ut Deus et homo unus de Virginie sic Christus nasceretur; quia, ut ait beatus Cyrillus in epistola ad Nestorium (Post med.): Non est natus communis homo de sancta Virgine, quia in ipsa vulva Virginis, ut ipse fatetur, utero virginali se Verbum cum carne conjunxit, et sustinuit generationem carnalem, quia carnis suæ nativitatem suam fecit, et <sup>5</sup> qui in forma Dei fecit hominem, in forma servi factus est homo; sed utrumque Deus de potentia suscipiens, et utrumque homo de humilitate suscepti. Ac per hoc talis partus non est communis lege naturæ, sed sicut mirabiliter conceptus, ita mirabiliter Deus et homo natus. Ergo non illum ut ceteros adoptio filios Dei fecit Filium, sed divinitatis natura illum in proprium Dei Filium exaltavit, et donavit illi nomen quod est super omne nomen (Philip. ii, 9); ut esset totus Dei Filius homo et Verbum, quia nunquam non fuit Dei Filius, qui sempiternus permanet unicus genitoris unigenitus. Nunquam igitur ipse purus homo conceptus, neque natus sicut ceteri nascuntur infantes, ut ei <sup>6</sup> ex adoptionis gratia, aut ex emolumento virtutum prærogativa filii prestaretur; sed Dei Verbum, quia caro factum est, assumptus hominem in se sine persona hominis, ut totus esset Christus proprius Dei Filius, non ex dono gratiae renascendo, ut ceteri, sed salvo proprietate utriusque naturæ. Personam vero hominis ideo non assumpsit, sed tantum hominem, quia ipse persona tertia cum Patre et Spiritu <sup>7</sup> sancto in Trinitate

\* Solus Feu-ardent. legit quoniam pro quam, ut est in cetero.

<sup>1</sup> In Amel. et Feu-ard. legitur: *Quapropter cogit isti disputationes naturarum leges, cogitent et divinarum rerum [virtutem, Feu-ard.] jura Amcl.*

<sup>2</sup> Feu-ard., imperiose.

<sup>3</sup> Pro sicut doctor, scribit docte Feu-ard.

<sup>4</sup> Edimus hunc locum ad Cod. Amel. et Feu-ard. Edition. In Acherio desideratur tota sequens periodus, et praesentem concludit illis verbis: *Utique Deus est. Quod si, etc.*

<sup>5</sup> Qui nunquam est in Am. et Feu-ard., melius

quam quicunque, quod legitur in Acher.

<sup>6</sup> Feu-ard. et Amel. aliter habent: *Nec enim illi accessit de hominis impotens, quo nasceretur ex Virgine, etc.*

<sup>7</sup> Quia, Feu-ard.

<sup>8</sup> Cod. Amel., ex adoptionis gloria: deinde Feu-ard., aut ex molimento virtutum.

<sup>9</sup> Proprietatis Dei Filius. Retinuimus lectionem Cod. nostr. Amel. et Feu-ard., meliorem abs dubio quam Acherii, qui edidit: *Esset Christus proprius non ex dono gratiae, etc.*

<sup>10</sup> Sancto deest in Acherio, sed habent Am. et Feu-ard.

Dens natus semper fuit. Idcirco jure quod habuit in eternitate, personam non assumpsit, sed hominem in tempore, antea quem non habuit; ita ut qui suscepit et quod susceptum est, sicut ait beatus Augustinus in libro de Praedestinatione, unus esset in Trinitate persona; quia, sicut ipse alibi ait, natus est de Patre Deus Verbum, natus est de matre Verbum caro factum, unus atque idem Deus Filius, natus ante secula, et natus in seculo, et utraque nativitas unus est Filii Dei; ac per hoc virgo Maria jure Dei genitrix vocatur, <sup>a</sup> quia genuit Deum et hominem. Verbum caro factum, non ut ceteri nascuntur infantes, aut ut ex dono gratiae sunt homines; sed sicut beatus Gregorius ait in Moralibus, salva proprietate utriusque naturae, essentialiter in suam assumpsit personam hominem, per quod mirabile sacramentum et aeternus ex Patre, et temporalis ex matre, unus idemque esset verus Deus hominisque Filius; quoniam, sicut ipse ait in eisdem Moralibus, aliud est natos homines gratiam adoptionis per eum accipere, aliud <sup>b</sup> unum singulariter per divinitatis potentiam Deum ex ipso conceptu predisse.

Quapropter, queso, cessent isti dicere, sic eum esse natum, ut ceteri nascuntur; quia non genuit eum Virgo Dei genitrix ex origine primae prevaricationis ut renascat, sed de Spiritu sancto, ut Deus credatur, sine dolore et sine gemitu, sine molestia et serumna, sine tristitia et afflictione, <sup>c</sup> quoniam haec omnia justissime damnatae carnis in prima origine retributioes sunt et vindictae. At vero beata Maria, licet ipsa de carne peccati sit nata et procreata, ipsaque quamvis caro peccati fuerit, non tunc jam <sup>d</sup> quando preventiente Spiritus sancti gratia ab angelo pre omnibus mulieribus benedicta vocatur: *Spiritus sanctus, inquit, superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit te* (Luc. 1, 35). Alioquin si non eodem Spiritu sancto sanctificata est et emundata, quomodo caro ejus non caro peccati fuit? Et si caro ejus de massa primae prevaricationis venit, quomodo Christus Verbum caro sine peccato fuit, qui de carne peccati carnem assumpsit, nisi quia Verbum, quod caro factum est, eam primum obumbravit, in quam Spiritus sanctus supervenit, et virtus Altissimi eam totam possedit? Prop: crea vere caro <sup>e</sup> ejus jam non caro peccati fuit, in qua Deus se totum insudit, et Verbum quod caro factum est, sine peccato ad nos venit; qui jure non solum legem naturae vitiatae in ascendendo non tenuit, <sup>f</sup> verum nec legem primae originis, quam haberent feminæ, si mandatum servasse; mater omnium Eva in paradyso. Alias autem quomodo Spiritu sancto eam repente non sine originali peccato fuit, cuius etiam nativitas gloria, catholica in omni Ecclesia Christi ab omnibus felix, et beata predicitur? Enimvero si non beata esset et gloria, nequam <sup>g</sup> ejus festivitas celebraretur ubique ab omnibus. Sed quia tam solemniter colitur, constat ex auctoritate Ecclesie, quod nullis quando nata est subiacuit delictis, neque contraxit in utero sanctificata originale peccatum. Unde etsi Jeremie dies D

A (*Jerem. xx, 14*) atque Job (*Job. in, 3*) maledicta pronuntiantur, dies, inquam, nativitatis eorum, dies tamen quando incheata est felix Mariae nativitas, beata pronuntiantur et colitur religiose satis. Quod si in peccato esset, iure maledicta diceretur et gembunda potius quam benedicta, quando nuntiatum est patri ejus, quod nata esset in seculo. Nunc autem quia universam benedictione sua beata virgo Maria illustrat Ecclesiam, non immerito sanctificata in Spiritu sancto colitur veneranda. Nullius igitur nativitas celebratur in mundo nisi Christi, et ejus atque beati Joannis; <sup>i</sup> Joannis autem quia et ipse in utero sanctificatus legitur; sic et beata virgo Maria nisi in utero matris sanctificata esset, minime nativitas ejus colenda esset. Nunc autem quia ex auctoritate totius Ecclesie veneratur, constat eam ab omni originali peccato immutaem fuisse, per quam non solam maledictio matris Evæ soluta est, verum etiam benedictio omnibus condonatur. Quod si preclara sacratissimæ Virginis nativitas universaliter tam sancta et tam gloria jure colitur et veneratur, quanto magis ipsa, quando ab angelo jam gratia plena officiosissime salutatur? Nam cum dicit et Ave, cor locute veneratio obsequium exhibet (*Lac. i, 28*). Cum autem dicit gratia plena, ex integrō iram expulsam ostendit, et restitutam gratiam declarat. Cum dicit *benedicta tu*, fructum benedictionis demonstrat, quia quando Spiritus sanctus in eam advenit, totam defecavit a sordibus Virginem et decoxit, ut esset sanctior quam astra cu li. Porro quando virtus Altissimi totam eam obumbravit, <sup>k</sup> factum est ut ejus in utero venies Verbum, quod erat in principio sempiternum apud Patrem, caro fieret ex tempore et habitat in nobis.

Audiant igitur novi disputatores et investigatores novi et inauditi partus, audiant et intelligent prius quia viri sunt, quomodo bene disputare queant de natura et sexu mulierum; deinde recogitent <sup>l</sup> ut quid naturam requirunt et communem legem nascendi, ubi totum divinum est et ineffabile, divina virtus quod operatur? Generationem ejus (inquit <sup>m</sup> propheta) quis enarrabit (*Isai lxx, 8*)? Nam quis hoc loco pro impossibili accipitur; quia nemo sanctorum est, non dico divinam, verum etiam qui humilitatem ejus generationem ad liquidum queat enarrare, quamvis utrasque omnes debeant credere. Hinc ergo colligitor, quod superstitionis si istorum cunctatio, et superflua disputatio, quia dicunt ostia ventris et vulvae eum aperuisse, et collusionem sanguinis, ut ceteri omnes, et <sup>n</sup> secundarum spurcias post se traxisse: in quibus omnibus gemitus et dolor multiplicatur, tristitia et serumna augentur, <sup>p</sup> ut nemo sine his pariat filium. Sed absit a cordibus fidelium, ut tale aliquid suspicentur de Maria virgine, quae pro maledictione primæ originis benedictionem attulit mundo. Unde et ipsa siquidem, ut dixi, ab angelo benedicta predicator in mulieribus, et salutatur officiosissime ut mater Domini pre omnibus gloriosa, et ab Elisabeth in spiritu prophetæ benedicta pro-

<sup>a</sup> Quæ, Feu-ard.

<sup>b</sup> Unum deest in Feu-ard. et Cod. Am., qui scribunt: aliud est singulariter, etc.

<sup>c</sup> Quoniam haec omnia est in Acher. et Cod. Amel. Hæc deest in Feu-ard.

<sup>d</sup> Quando desideratur in nost. Am. et Feu., qui habent: Non tunc jam ex preventiente.

<sup>e</sup> Spiritus sancto, Acherius et Amel. Cod. Deest vero sancto in Feu-ard.

<sup>f</sup> Ejus est in Am. et Feu-ard., desideratur in Acherio.

<sup>g</sup> Vere scribit Feu-ard.

<sup>h</sup> Feu-ard. et Amel., tam festiva celebraretur ubique ab omnibus.

<sup>i</sup> Quæ sequuntur usque ad illa, sic et beata, desiderantur in Acherio, neque prætermittenda erant.

<sup>j</sup> Ubi Acherius habet iram expulsam, est in Feu-ard. tam exclusam.

<sup>k</sup> Hanc lectionem, quæ est in Feu-ard. et Amel., nostro retinendam putavimus; neque enim quidquam in ea corruptum animadvertisimus, sicut in illa factum ejus in utero, etc., quam emendare volens L. de la Barre sic edidit: Statim ejus in utero reniens Verbum quod erat in principio sempiternum apud Patrem, ut caro fieret, etc.

<sup>l</sup> Ut quid. Nihil mutavimus ex nostris. Acherius habet ut qui.

<sup>m</sup> Propheta deest in Acher.

<sup>n</sup> Amel., impossibilitate.

<sup>o</sup> Feu-ard., secundas spurcias. Amel., immundarum spurcias.

<sup>p</sup> Ut nemo. Ita Acher. et Amel. Cod. Et nemo, Feu-ard.

nuntiatur, et benedictus fructus ventris ejus creditur et veneratur (*Lac.* 1, 28). <sup>a</sup> Ergo in qua, et per quam tanta benedictio efforuit, et gratia manavit, non est credendum quod ejus puerperium doloribus et gemitibus more seminarum subjacerit. Et quia beata Dei genitrix tristitia non subjacuit et tremumis, libera ab oanni maledictionis nevo fuit, quam Spiritus sanctus adimplevit, et <sup>b</sup> totam Domino dedicavit; quam virtus Altissimi obumbravit, <sup>c</sup> et ex sanctificata carne Virginis Verbum carnem assumpsit, <sup>d</sup> et couvivit in unitate personae. Et hoc est quod dicitur: *Verbum caro factum est* (*Joan.* 1, 14), non commissione naturae, sed ex unitate personae. Et ideo etiam de hac nativitate, ut dixi, jure dictum credimus: *Generationem ejus quis enarrabit* (*Isai.* lxx, 8)? Quia et ista ineffabilis est mira nativitas carnis, non <sup>e</sup> sicut isti cœcucunt, communis ex lege naturæ, sed sacramento gratiae. Nam quod nascitur Deus homo ex Virgine, <sup>f</sup> non est consuetudo, sed mysterium; non est natura, sed virtus, sed dignatio; non est ordo nascendi, sed potestas. Et ideo non est quod requirat humana sapientia in hac nativitate, nisi quia Verbum caro factum est, et natus est ut voluit, vel quando et quomodo voluit. Alioquin quis capiat quod inauditum et ineffabile est? <sup>g</sup> Vel quid intelligentia carnis jure in eo requirit, ubi totum et divinum et incomprehensibile, quod narratur? Ait namque evangelista: *Generatio Christi sic erat* (*Matt.* 1, 18). Utique generatio ista carnalis sic erat, de qua non dixit, sic facta est, sed sic erat; quia Christi generatio erat apud Patrem ineffabilis, quando per hanc prescriptam et ineffabilem generatus est ex matre. Unde quod erat, utique semper erat. Et quod semper erat ex aeternitate, potuit fieri ex tempore, quicquid factum est in eo <sup>h</sup> mirabile.

Unde plurimum desipiunt qui dicunt eum communis legi naturæ esse natum, <sup>i</sup> qui non ea legi constat esse conceptus; quoniam haec lex nascendi, que nunc lex naturæ vocatur, ex viuio primæ damnationis est. Et ideo ait Apostolus: *Fuimus nos omnes aliquando filii iræ, sicut et ceteri* (*Ephes.* ii, 3). Sed absit a fideliū cordibus ut ita Christus natus credatur filius iræ, sicut ceteri nascuntur in viuio corruptionis, de qua corruptione dolor et gemitus multiplicatur. Alias autem secundum carnem nec gemitus nec dolor sine corruptione viscerum, nec corruptio sine dolore et gemitu; gemitus et corruptio in partu seminarum non nisi ex delicto et maledictione primæ originis veniunt. Unde interrogemus istos sequaces Helvidii heretici, qui etsi virginem eam non denegant permansisse, padicimus tamen commaculant et gratiam qua plena prædicatur, quando communis lege viuile naturæ dicunt eam peperisse. Quod si ita peperit, ergo adhuc ac si in massa primæ dam-

<sup>a</sup> Ergo (inquires) per quam. Ita Feu-ardent. Paulo post nec Amel. nec ipse habent *beata Dei genitrix*; et pro *nevo*, quod est in Ach., legunt *nodo*.

<sup>b</sup> Totam eam (Amel.) *Domino dicavit. Quoniam D*virtus, etc., ipse et Feu-ard.

<sup>c</sup> Ex sanctificata carne Virginis Verbum carnem sibi, etc., Feu-ard. et Amel.

<sup>d</sup> Et conservat, Feu-ard.

<sup>e</sup> Sicut isti canunt, communis lege naturæ, etc. Ita Feu-ard. et Amel.

<sup>f</sup> Ex his quæ sequuntur, sola ultima verba habet Feu-ard., non est ordo nascendi, etc. Amel. vero cum Acherio consentit.

<sup>g</sup> Feu-ard. et Amel. Cod. *Vel quis intelligentiam carnis jure requirit in eo, ubi totum est ditinum et incomprehensibile quod narratur?*

<sup>h</sup> Non mirabile vidlit Acherius ex suis, quod ait merito a nobis rejectum, nostrorum lectione servata, judicet lector.

<sup>i</sup> Amel. Col.: Qui alia lege constat esse natus et conceptus. Et paulo post, ubi Acherius habet *lex naturæ*, Feu-ard. et Amel., *lex nascendi*.

A nationis contra angeli vocem maledictioni subjacut, et Verbum Patris de carne peccati (quod absit), ut caro fieret, hominem assumpsit. Sed quia contra fidem catholicam est sic sapere, beata Virgo plena gratia neque dolorem scensit, neque corruptionem viscerum pertulit, quia quantum aliena fuit a culpa, Spiritu sancto in ea cooperante, et virtute Altissimi <sup>k</sup> qua adumbrabatur, in tantum extranea a maledictione principis damnationis, <sup>l</sup> et tantum immunitis permanxit a corruptione carnis, necnon et a gemitu et doloribus, quibus vexantur omnes filii Eve cum parvunt. Unde Prophetæ in persona Christi ad Patrem: *Tu es, inquit, qui extraxisti me de ventre, spes mea ab uberibus matris meæ* (*Psal.* xxi, 10). Ergo cum dicit: *Tu es qui extraxisti me*, singularem suam declarat nativitatem, <sup>m</sup> suavitate de ventre enim. <sup>n</sup> Alias autem omnis qui de ventre matris venit ad lucem in mundo, non nisi nutu et operatione Dei procreatus venit. Christus autem de Virgine speciali et ineffabili quodam modo procreatus, absque vexatione matris ingressus est mundum. Et ideo pium est credere quod non sicut ceteri, sed novo et admirabili ordine Deus et homo natus est in mundo. Hinc ergo est quod Jeremiah testatur: *Faciet Dominus novum super terram, mulier circumdabit virum* (*Jerem.* xxxi, 22). Quod si utique novum fuit et admirabile quod Virgo concepit sine semine et sine corruptione viri, vetustas esse non potuit in partu; et ideo nihilominus credendum quod simili modo, novo et admirabili ordine, natus sit in mundo sine dolore, et sine gemitu, et sine ulla corruptione carnis. Et hiuc est ac si pro gratiarum actione, quod speciali modo in psalmo qui de ipso totus est ad Patrem ait: *Tu es qui extraxisti me de ventre* (*Psal.* xxi, 10). Ac si <sup>o</sup> patenter dicat: Extraxisti me, quia non eo ordine sūn egredens de utero, ut ceteri nascuntur, cum ingenti vexatione matris, sed novo egressu <sup>p</sup> sine corruptione pudoris. Extraxisti me quidem de ventre matris, et non ego viscera corrupi integratis. Et ne putaremus phantasma suisse, ut multi hereticorum dixerunt, addidit: *Spes mea ab uberibus matris meæ*. Ergo ubi mater et ubera narrantur, veritas carnis et non phantasma predicatur; qui licet clauso utero sit natus, <sup>q</sup> quem ipse sibi pervium fecit salvo sigillo pudoris, sicut et conceptus, tamen de carne Virginis procreatus est, et ideo uberibus jure lactatus commemoratur. Sic itaque totum factum est, ut fieret novum super terram, <sup>r</sup> quando Verbum caro factum est, et vocatum est Emmanuel, quod est *nobiscum Deus*. Hic est itaque hortus ille conclusus in Canticis, fons signatus (*Cant.* iv, 12): hortus siquidem conclusus, quia <sup>s</sup> quando Deus ingressus est ad eam, incorruptam invenit; sed fons signatus permansit, quando Deus et homo natus est ex ea, nec tamen

<sup>j</sup> Dolore cordis, Feu-ard. et Am.

<sup>k</sup> Qua adumbratur, in totum, etc. Ita Feu-ard., contra Acher. et Amel.

<sup>l</sup> Et tantum immunitis permanxit a corruptione carnis. Ita legitur in Amel. Cod. et Feu-ard., neque extrahere haec verba voluimus, ex quibus verbum permanxit orationem planiore reddit.

<sup>m</sup> Nihil mutamus in his quæ habet Am. cum Feu-ardento, quanquam aliter Acherius: *Suaritatem de utero enim*.

<sup>n</sup> Solus Feu-ard. scribit *alius pro alias*.

<sup>o</sup> Aperte, Amel.

<sup>p</sup> Mutilus est aperte hic locus in nostris, in quibus ita legitur: *Sed nō egressu, ut multi hereticorum dixerunt*, etc.

<sup>q</sup> Quoniam est in Feu-ard. et Amel.

<sup>r</sup> Quoniam Verbum, etc., habet Feu-ard. et Amel. ex quibus postea supplevimus et, quod desideratur in Acherio, qui scribit *rocam* est, etc.

<sup>s</sup> Quando ingressus est ad eam. Ita Feu-ard. et Amel., inclusi quam Ach., quando ingressus est, et eam incorruptam, etc.

fontem pudoris aut sanguinis integratatem violavit. Nam sanguis et fons pudoris, qui corruptus non fuit in conceptione pralis ex coitu viri, non credo quod corrupti debuerit in nativitate, quod cruciationem matris et contaminationem honestatis habuerit. Hinc est sane quod Ecclesia ex auctoritate sanctorum Patrum canit de nativitate ejus : *Et gaudium matris habens (inquit) cum virginitatis pudore (Sedulus, lib. ii Cura).* Ubi alii quam egregii viri emendarunt cum virginitatis honore. Virginitatis autem honor permaximus est, si et virgo Deum pariat et bonum, et tamen ex homine nato nullis affligatur kakis sigillum pudoris. Kakiae namque dicuntur Graecae vexationes, quibus quam dire affligitur corpus et animum. Sed beata Maria nihil horum pertulit, quae et gaudium habuit in fructu, et honorem in partu : hinc quoque dicitur concepisse virgo, et peperisse, et permansisse. *Aequa igitur conditione dicitur concepisse, ac peperisse, aqua et permansisse.* Non enim in partu solent <sup>b</sup> coire puerperæ cum viris, ut virgo tunc negetur virginitatem perdidisse, quando nullus est appetitus, neque ulla possibilis cocundi; sed integritas commendatur virginis, et honor atque incorruptio carnis. Alioquin nos viri, quia nescimus illius sexus naturam, interrogamus virgines, interrogamus æque et matronas conjugio copulatas; virgines quidem, ut sciamus quid sit integritas carnis et sanguinis, conjugatas vero, si est ulla corruptio in partu aut dolor, nisi precesserit sanguinis contaminatio, et seminis suscepio. Non enim libenter vobis revercundiam incutimus, charissime, qui non sine magno pudore de his loquimur. Sed eximite pietatis <sup>c</sup> honor est vobis, ei decus virtutis beatissimarum. Virginis pudicitiam predicare incorruptam et incontaminatam, et ab omni contagione primæ originis confiteri alienam. De qua si interrogamus virgines, norunt incorruptionis gratiam, sed nesciunt fecunditatem prolis. Si vero quereramus apud conjugio dedicatas, sciunt quidem maledictionis Eve pressuras et gemitus, sciunt et inter seruandas et tristitias fecunditatem seminis; sed nesciunt integratatem virginitatem nec in conceptu, nec in partu. Beata <sup>d</sup> vero mater Domini in utroque virgo permauit, id est, et in conceputu mater, et in partu virgo, quia in natto horum contaminata reliquarum exemplo <sup>e</sup> feminarum fuit, quæ nec Adam ad se admisit, nec ex Eve colleviione filium suscepit, nec sub maledicto in doloribus et angustiis enixa Dominum peperit. Unde constat quia sicut clauso utero concepit, ita et clauso peperit: non communi lege naturæ vitiate, et maledictionibus dannatae, sed Spiritus sancti gratia, et virtute Achissimi, qua legitur adumbrata. At vero isti nisu quo possant, conatur astipulari Virginem in vito peperisse, et pudicitias contumelias inferre. Unde assumunt illud ex Evangelio: *Cum impleti essent dies purgationis ejus, quod obtulerunt Iesum in Jerusalēm, ut sisterent cum Domino, sicut scriptum est in lege Domini (Exod. xiii, 2) quia omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur (Luc. ii, 22).* Ecce, inquiunt, cum dicit completos dies purgationis ejus, ostendit Evangelista <sup>f</sup> legi naturæ eum subiacuisse, et sordibus coquinatam fuisse,

<sup>a</sup> Cum virginitate pudore, Acherius, qui paulo post: emendarunt cum virginitate honoris, quod ex sequentibus palet esse corruptum in Corbeiensisibus.

<sup>b</sup> Coire deest in Feu-ard.

<sup>c</sup> Honorem, Feu-ard., pro honor est.

<sup>d</sup> Pro vero scribit Feu-ard. et Amel. virgo.

<sup>e</sup> Feminarum deest in Feu-ard. et Am.

<sup>f</sup> Legali, Feu-ard. et Amel. Cod.

<sup>g</sup> Pro in mysterio scribunt Amel. et Feu-ard. ministeria.

<sup>h</sup> Veritas tamen habet Feu-ard., mendose, pro exterior, quod est in Ach. et Amel.

<sup>i</sup> Ipse Christus non legitur in Amel. nec habet Feu-ard.

A simul et Jesum vulvam matris aperuisse. Qui profecto temerari assertores, dum ita sentiunt, in totum despiunt, et destruant quod sanctæ doctrinæ est, quod rudimenta fidei de Christo Ecclesiis commendarunt, quod gratia Spiritus sancti <sup>j</sup> in mysterio promulgavit. Non enim sic completi dies purgationis ejus dicuntur, quasi heata Virgo purgatione egerit ullius delicti, quia peperit Dominum Jesum Christum de Spiritu sancto procreat, sed quia ipsa sub lege erat, et Dominus Jesus Christus sub lege factus, factus de muliere (Galat. iv, 5), legis præcepta, et iniuncta <sup>k</sup> veterum in eo servantur jure ad tempus, quoque cessante lege, gratia succederet. Et hoc est completio dierum secundum consuetudinem legis, et non secundum necessitatem purificationis, quia beata et intemerata virginitas immaculata et incorrupta permanxit, nullis coquinatam sordibus, nullis vexata Eva cruciatibus. Non potest fieri juxta angelicæ vocem, qui gaudium universorum afferit, ut ipse Christus tormenta in ortu suo matri attulerit. Inter angelorum excubias et laudes non credo quod matrem genitus, et dolores, tristitiasque Eve contrarerit. Et ideo alia erat purgatio illa seminarum, in qua purgabantur non minus delicata animarum quam et virtus corporum; et alia purgatio Marie, in qua non ob aliud quam pro mysterio consuetudo legis servatur, quia nullis egebant purgamentis, quæ Deum de se omnium purificationem genuit incarnatum. Porro completio dierum purgationis ejus nulla alia causa est quam expiatio et consuetudo legis. Purgatio vero et separatio reliquarum seminarum multa ex causis est in qua et virtus purgantur animarum, et virtus corporum. Unde si pitem depulantur dies immundi, qui bus sedere jubetur mulier in sanguine immunda immundissima juxta dies separationis ejus, et trigesimæ, ut sedeat in sanguine puro (Levit. xx, 2, 4); omnibus tamen diebus istis mulier immunda erat et sordida multa ex vietiis, donec redintegraret status totius corporis, i. et sanarentur corpora, sanguisque cesseret a fervore virtutis, sive emundatis sordibus, mulier divinis purgaretur hostiis et munieribus. Sed beata Maria non talibus egit sacrificiis, quæ sanctam de genitu hostiam, per quam mundus purgatus est. Nam quod dicit evangelista: *Quia omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur (Luc. ii, 22),* non ideo dicit ut nos cogat credore quod Christus vulvam matris aperuit ut alii, sed ut docere quod ideo sistunt eum Domino, ut sucerent secundum consuetudinem legis pro eo; quia omne masculinum adaperiens vulvam sanctus Domino vocabitur, <sup>l</sup> in mysterio legis et sacrae prefigurationis. Non enim evangelista hoc testimonium de lege ideo adhibuit, ut monstraret Christem vulvam Virginis reserasse, si ut ceteri primogeniti; sed ut ostenderet eum sub lege factum, et de vulva Virginis prodisse, non qui vocaretur tantum, sed quæ esset essentialiter sanctus, cui jure patet omne clausum. <sup>m</sup> Quod testimonium beatus Ambrosius exponeus in Evangelio (Lib. ii in Lucam, cap. ii), ait: Non enim viris colitus vulvas virginis secreta reservat, sed immaculatum semen inviolabili utero Spiritus sanctus infudit. Quod sane semina prefatus

<sup>j</sup> Et sanarentur thorii, Feu-ard., et sanarentur thorii, Amel.

<sup>k</sup> In mysterio, melius quam in ministerio, quod habet Feu-ard., cuius tamen in reliquo lectionem retinemos, qua deterior est Acherius: *Sacra prevaricationis.* Am. Cod. scribit sanctæ prefigurationis.

<sup>l</sup> Quæ sequuntur ea sunt quæ in Editione Feuardentii et Codice Ameliano existant in sermone de Purificatione. Sed ad presentem tractatum pertinere præter miss. Corbeiensis ipse contextus evincit, ut paulo inferioris annotabimus. Bequimur itaque meritio Acherium, et quæ in Ameliano Cod. et Feu-ard. hoc loco habentur exclusimus.

doctor non sic dicit infusum, ut aliunde sit quam ex carne Virginis et sanguine; neque ut Spiritus sanctus a sementivum esse credatur carnis, ut Ireneus vult; sed per hoc verbum Spiritus sancti operatio designatur. Deinde addidit (*Ibid.*): Solus enim per euania ex natis de femina sanctus Dominus Jesus, qui terrenae contagia corrupte immaculati partus novitate non senserit, et coelesti maiestate depulerit. Et paulo post (*Ibid.*): Hic ergo, inquit, solus sibi aperuit vulvam: nec mirum; qui enim dixerat ad prophetam: *Priusquam te formarem in utero, novi te, et in rubea matris sanctificari te* (*Jerem. 1, 5*); qui ergo vulvam sanctificavit <sup>b</sup> alienam, ut nasceretur propheta, hic est qui aperuit matris sue vulvam, ut immaculatus esset.

Quibus profectio verbis non mihi videtur sibi contrarius, aut exterius doctoribus sanctis, quia dicit quod solus sibi aperuit vulvam. Aperuit siquidem sibi sua potentia mirabiliter, ut esset ei pervium iter, <sup>c</sup> ita ut virgineus clausus maneret uterus, sicut fuerunt janæ clausæ, et tamen per easdem ingressus est ad discipulos; sicut etiam sepulcrum signatum et clausum, quando resurgens egressus est per illud. Hinc quoque alibi (*In quodam hymno*) ipse ait: *Fit porta Christi pervia, referta plena gratia, transitus Rex, et permanet clausa.* Non hoc sic dicit, ut intelligas quod contra se sentiat, sed sic utique ut plenissime cognoscas eum de utero et per uterum Virginis natum, quem ipse sibi fecit pervium. Ac per hoc ipse sibi vulvam aperuit: sibi quidem, quia vulva Virginis, licet clausa, ei penetrabilis patuit, <sup>d</sup> quam cum enixus intraret in mundum, clausam reliquit et signata sigillo pudoris omnino; quia Deo nihil difficile est, eo quod, ut quidam ait, subditur omnis natura ejus imperii ritu solito. Idcirco constat eum absque ambiguo ita natum, ut esset secretum genitale matris et clausum, quod sibi ipse sua virtute fecit apertum. Alias autem ipse solus sancta Ecclesiæ, quam sibi sponsam dedicavit, ad generandos populos aperuit vulvam virginitatis, de qua nimur vulva David propheta canit dicens: *Alienati sunt peccatores a vulva, erraverunt ab utero, locuti sunt falsa* (*Psal. LVI, 4*); personam hereticorum declarans; qui alienantur a vulva integratatis, <sup>e</sup> falsa permiscebodo, ut corrumpant castitatem virginitatis Ecclesiæ; quam sane immaculatam servare contendit Apostolus, et virginem custodiare, cum dicit: *Despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo* (*II Cor. xi, 2*). Cujus genitale secretum tunc aperuit, quando per aquam et Spiritum sanctum renascendi gratiam concessit. Cui propheta: *Lactare, inquit, steriles que non paris, erume et clama que non parteris, quoniam multi filii deserteris, magis quam ejus que habet virum* (*Isai. LIV, 1*). Unde et Anna in cantico suo: *Donec steriles* (inquit) *peperit plurimos, et que multos habebat filios infirmata est* (*I Reg. II, 5*). Ita est ergo solus essentialiter sanctus, non per quem mater corrumpatur, sed per quem vulva reseretur Ecclesiæ, primogenitus ex multis fratribus. Quem in figura futuri mysterii, <sup>f</sup> priora legis divinæ præ-

<sup>a</sup> Pro semenivum habent nos, semen esse.

<sup>b</sup> Alienam non habet Amel. nec Feu-ard., et certe desiderabatur.

<sup>c</sup> Paulo aliter nostri: *Ita ut Virginis clausus maneret uterus, sicut fuerunt janæ clausæ, cum per easdem ingressus est ad discipulos.*

<sup>d</sup> Tamen edidit Ach. pro quam, quod est in nostris.

<sup>e</sup> Falsa permiscendo, ut corrumpant castitatem integratatis Ecclesiæ, etc. Locum hunc ad nostrum Amel. Cod. et Feu-ard. Editionem representamus, in quibus habemus haec verba, in Acher. desiderata, et ad sensum salis opportuna.

<sup>f</sup> Per ora legebat in suis Acherius, cujus loco priua legendum jam suscipiebatur De la Barre. Nos vero

scripta signabant in primogenitus suis, non quod es-  
sent vere sancta, sed quia vocabantur ex mysterio  
legis. Alioquin si litterarum sequimur (*S. Ambr., ibid.*),  
quomodo sanctus erat omnis masculus aperiens vul-  
vam, cum multos sceleratissimos fuisse non lateat?  
Nunquid sanctus Achab, aut Joram, seu cæteri? Nun-  
quid <sup>g</sup> sancti Pseudoprophekte, quos ad Eliæ preces  
vñor celestis injuria ignis absumpsit? Non utique,  
sed in sacramento futuræ præfigurationis vocaban-  
tur sancti, cum <sup>h</sup> non essent, donec veniret Christus  
essentialiter sanctus, qui et sponsæ sue vulvam  
aperiret, secundatimque pariendi filios refundaret.  
Ipse namque dominico dignus judicatus est obtutu-  
cæteros omnes juxta legis seriem typum fuisse fu-  
turi, nemo qui ambigat. Et ideo sistunt eum Domino,  
quoniam ipse est purgatio per resurrectionem octavi  
diei in Jerusalem, ut in eo condonetur et offeratur  
omnis adoptio filiorum Dei. In eo namque quod <sup>i</sup> x  
ait: *Omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum  
Domino vocabitur* (*Exod. XIII, 2*), i promittebatur  
Virginis partus vere sanctus, quia immaculatus, qui  
aperiret vulvam Ecclesiæ, ut in eo sanctificarentur  
reliquia omnia, et essent primogenita. Unde signan-  
ter angelus ad Mariam: *Et quod nascetur* (inquit) <sup>j</sup> ex  
<sup>k</sup> sanctum, vocabitur *Filius Dei* (*Luc. II, 53*). Non  
quod correperit matrem nascendo, quam integrum  
et inviolatam reliquit virginem; sed quia ex ea natus  
Deus homo aperuit Ecclesiæ vulvam, et in carne sua  
<sup>l</sup> pervium sibi fecit iter, ita ut Virginis autam clau-  
sam servaret, quatenus ex matre <sup>m</sup> virgine virginem  
sibi duxisse sponsam ostenderet, quam tali tantoque  
fædere nascedendi virginem permansuram et immacu-  
latam monstrabat.

Unde constat legaliter eum oblatum, sicut et circum-  
cisum; alioquin circumcisione non eguit, quia originale  
peccatum nullum traxit, quo delendus esset ipse Christus  
de populo suo, nisi circumcidetur. Et tamen  
circumcisus est, quia volens sub lege fuit, ut eos quæ  
sub lege erant redimeret; sicut et oblatus, ut nos, quæ  
rei eramus, sacrificium Deo Patri in se offerret (*Cu-  
lat. IV, 5*). Alias autem si ipse, quod absit, immun-  
dus esset ut matrem coiquinaret, quomodo nos  
emundaret in sua ohlatione, et faceret hostiam Deo  
in odore suavitatis? Idcirco etsi ipse dolores nostros  
et infirmitates in se pertulit et portavit languores (*Isai.  
LIII, 4*), absit ut matris pudorem ullis vexaverit injuriarum molestiis. Absit, <sup>n</sup> per quam omnis maledictio  
Eva solita est; ut ipsa in partu maleficitionibus sub-  
jacuerit prima damnationis. Absit, ubi virtus nasci-  
tur, ut ubi tanta conluvio vitiorum credatur; ubi  
gaudium omnium predicatur, quod tanta tristitia  
et gemitus intervenerit; inter angelorum disursus  
quod immunda septem diebus in sanguine immundo  
sederit. Ad quam, si ita esset, nec pastores mane  
juxta legem, ut ita dicam, ingredi lieceret; nunc au-  
tem quia angelus eos evangelizandi gratia devotus  
invitat, veniunt et vident, inventi et intelligent  
de verbo quod eis <sup>o</sup> prædictum fuerat. Nequaquam  
igitur credendum quod invenierint Mariam in tantis  
spurciis, solam, multis <sup>p</sup> miseriis, ut assolent puer-

non equimus conjecturis, qui et in Feu-ard. et in  
Amel. Cod. reperimus priora.

<sup>g</sup> Sancti deest in Ach.; habent tamen nostri et  
Cod. Ambrosiani, ex quibus hac desumpta sunt.

<sup>h</sup> Non deest etiam in Acherii Edit. Emendavit jam  
De la Barre illud verbum supplendo quod legitur in  
nostris.

<sup>i</sup> Dici desideratur in nostris.

<sup>j</sup> Promittebatur. Ita Acherius, et Codex Amel.  
Non male Feu-ard. edebat præfigurabatur.

<sup>k</sup> Per uterum, solus Feu-ard.

<sup>l</sup> Virgine non est in Ach., est vero in Feu-ard.  
et Am., retinendumque putavimus.

<sup>m</sup> Per quem, solus Feu-ard.

<sup>n</sup> Prædicatum, Feu-ard. et Amel. Cod.

<sup>o</sup> Pro miseriis habet Feu-ard. mysteriis.

per, consternatum, et obvolutum, ad cuius partum multi angelorum canit : *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bona voluntatis* (*Luc. 11, 14*). Ergo ubi, et a per quem tanta pax predicatur, non credo quod illæ ignominiae immaculatae matri contigerint, aut dolores carnis.

Sed et magi venerabilis deinceps intrant domum, et inveniunt quod b pastores inveniunt, Mariam, Joseph et puerum (*Matth. 11, 11*); inveniunt non vexatam doloribus, sed obsequenter puero : deinde procedunt et adorant oblatis muneribus quem cum matre inveniunt. Adorant, inquam, ejus primogenitum : primogenitum autem, non eum quem sequuntur fratres, sed quem nullus antecedit. c Quamvis enim quidam voluerint potius unigenitum debere dici quam primogenitum, tamen quia idioma Scripturæ est, quidquid primum aperit vulvam, primogenitum vocari, sanctificatumque esse Domino, maluit Evangelista secundum eundem ritum primogenitum, quam unigenitum dicere; non quod aperuit vulvam lege naturæ, ut mos est exterarum seminarum, sicut isti aiunt, sed quia ex ea natus est tam primogenitus, quam et unigenitus lege divina factus sub lege, ut per eum lex tota impleretur in spiritu et ad litteram. Nam et ipse primogenitus ex resurrectione appellatur ex multis fratribus; unde quia colligitur in specie genus, quamvis unigenitus dici posset per naturam, magis tamen hic primogenitus debuit dici, ut esset indicium, quod jam in eo, et per eum alii quam multi fratres colligebantur filii Ecclesie per gratiam, cuius aperuit vulvam. In veteri quoque Testamento illis primogenita dabantur quam s.vpc, qui d Dei gratia preelecti sunt, quorum non ex natura dignitas, sed ex gratia e meritorum antefactur. Idcirco dicimus et nos quod primogenitus hic significans dicitur, quam unigenitus ut per eum omnes qui ex gratia colliguntur, illi solummodo coadunati in cœlestibus habeantur. Hanc quippe figuram gerebant omnia illa primogenita sub lege Domino consecrata; et ideo justum erat ex iis omnibus primogenitis, qui vulvam e Domino aperiebant, ut Dominus inter eos legaliter offerretur, cuius formam illa omnia preferabant, ut esset ipse primogenitus, in omnibus primatum tenens, non qui vulvam vexaret matris, sed qui vulvam aperiret Ecclesie. Hæc idcirco dixerim, ut intelligat e prudens lector quia primogenitum non sequentes fratres faciunt; sed ideo certe primogenitus Christus vocatur, quia omnes unigeniti, sicut ipse unigenitus fuit matris, primogeniti dici queunt, non tamen omnes primogeniti jure queunt unigeniti vocari. Ex quo colligitur primogenitum eum vocari debere, ante quem nullus, b et post quem nullus, et non eum tantum quem fratres sequuntur. Jure igitur Christus primogenitus appellatur ex Virgine, non quod vulvam vexaverit Virginis, et aulam resereretur pudoris, sed quia qui erat ab initio primogenitus totius creaturæ, natus est ex ea et ipse tam unigenitus quam et primogenitus, eo quo voluit modo, sine gemitu et sine dolore i parturientis. Nam et de Baptismo primogenitus recte vocatur, qui et in resurrectione primogenitus resurrexisse i dicitur.

a Noster cum Feu-ard. scribit per quem tanta prædicantur, non credo quod illæ ignominiae, etc.

b Quod pastores inveniunt: Hæc verba desiderantur in Feu-ard. et Am. nostro Cod.

c Hunc locum ita representat Feu-ard.: *Quamvis cum quidam posuerint potius unigenitum dici, qui primogenitum; cumque idioma, etc. Amelianus vero consentit cum Acherio, quem sequimur.*

d Dei gratia. Ita Acher. cum Cod. nostr. Amel.; at Feu-ard. mendose edidit dicitur gratia.

e Meritum deest in nostris.

f Domino deest similius in nostris.

g Vel ex his verbis manifestum est hæc omnia ad libellum spectare lectoribus conscriptum, quale hoc est de Partu Virginis; nihilque minus esse quam

A in utraque tamen natura et nativitate quamvis primogenitus dicatur, jure unigenitus esse creditur, quoniam idem est hominis et Dei Filius; non aliis, k et alias, sed unus, et in utraque unus.

Quibus profecto catholicae veritatis regulis hinc inde patet sensus, quod nemo nisi haereticus dicit Christum non nisi communi lege naturæ natum, neque aliter quam ut ceteri nascuntur infantes. Quamvis enim prefatus doctor Hieronymus in eo opere quod contra Helvidium ex hoc egit, videatur ei cessisse, et eo in loco, ubi ait, de hospitio vulvae novem mensium, et de 1 vilitate nascendi, quod ille haereticus insultando proposuerat, quasi indignum esset divinae majestati, ad tantam dignationem se humiliasse, ut inter viscera in utero versaretur Virginis, aut inter femora seminea nasceretur m tam sordidus; sic enim omnia in contrarium opponens quasi haereticus, ut destrueret fideli catholicae veritatem. Cui e contrario egregius ille veritatis assertor, non cedendo, ut isti volunt, sed n dignitatem glorioissimæ humilitatis Dei amplius commendando ait (*Contra Helvidium, c. 9*): Quod quanto viliora et in honestiora pro nobis illæ majestas divina suscepit aut sustinuit, tanto charius nos redemit, et propensius honorandus est. Tali namque sensu, etsi non eisdem verbis, in quantum recolo, eidem respondens haereticus, videtur beatæ Virgini non infamiam ullius colluvionis aut poenam peccati intulisse, sed dignationem divinam et exinanitionem immensam in forma servi reverenter satis commendasse; non ut Virginem vexatam a Domino, et exonoratam ostenderet, sed ut cleuentiam pii Conditoris etiam hujusmodi haereticis demonstraret. Idcirco non cessit istis cum Helvidio errantibus, sed corripuit, ut disserent non infamare Virginem, o et Deum non derogare in forma servi humilitatem. Non enim pudicitiam ejus in aliquo kesam docet, qui tantum in ejus laude triumphat; neque ad horam cessit ejus adversariis, qui pro ea tantum et tam diu diunicavit verbi gladio, cui Deus contra hostes ejus tantam resistendi contulit gratiam, et revincendi præbuit virtutem, ut nemo contra eum audeat insurgere.

Oro autem, sacratissimæ virgines Chi isti, vestris intervenientibus meritis, ut qui illi tantam præstidicandi peritiam, et debellandi adversarios fortitudinem, mihi quoque dare dignetur loquendi gratiam, et quæ digna sunt huic mysterio aperire in spiritu veritatis, quatenus hinc inde per vos, et propter vos, o matronæ Christi, dignus inveniar tantopere qui meis nullis suffragor meritis, ut apte defendere queam p et matris Domini mei pudicitiam, non sane credentibus pandere veritatem, ut resipiscant, et cesserent jam ultra loqui q falsitatem.

Dicunt autem quod non aliter natus dici queat Christus, nisi æqua sorte naturæ ut ceteri; quasi æqua conditione in Scripturis divinis semper nativitas esse dicatur, cum longe alia sit ista nativitas omnium, r qua sub sorte maledictionis nascuntur, et alia, si Eva non peccasset, quia ista sub maledictio est et serumna, illa autem tota in flore benedictionis fructum afferret sine gemitu et dolore. Unde, queso,

sermonis partem ad moniales habiti, prout inscribitur in Feu-ardentii Editione.

b Et post quem nullus. Desiderantur hæc verba in nostris, et certe sine eis manca sententia est.

i Pariens, Acher.

j Dicatur, Acher.

k Et alius non legitur in nost.

l Vilitate Ach. et Cod. Amel.; solus Feu-ard. veritate.

m Cum sordibus, Amel. Cod.

n Dignationem, Feu-ard. et Amel.

o Et Deum, Ach. Domini, nostr.

p Et sane credentibus, etc., solus Feu-ard. Cod. noster Acher. consonat.

q Contra veritatem nostri, ubi falsitatem Acher.

r Qui, nostri.



saltem illam isti concedant nativitatem Christo de Maria virgine, qua nascerentur communis lege omnes, si non peccasset Eva, qua nunc nativitas nota est soli Deo, et ignota forte hominibus, et non ascribant ei maledicta, genitus et ærumnas pro gaudio matris attulisse, quæ tanto magis Virgo libera fuit a corruptione passionis, a dolore carnis, a sordibus ignominie, quanto gratia plena et incorrupta, a quanto Spiritu sancto <sup>b</sup> Domino dedicata, et virtute divina adumbrata. Habet enim Spiritus sanctus in se recessus suos, quibus modis dicatur nativitas in Scripturis sacris, et quibus occultetur legibus semperernis. Alia namque est nativitas carnis de carne, alia Dei de Deo, et alia quarumlibet rerum innumerabilium; et tamen eorum omnium non unus est modus nascendi, neque unus eorum ordo existendi, quamvis nativitas in singulis æque dicatur, quibus est jure attributum, ut <sup>c</sup> nati de altero dicantur. Ac per hoc quolibet modo de Maria virgine Christus recte natu creditur, quia ex ea carnem assumpsit. Nativitas vero ipsa quomodo ad nos exierit, utrum ne ea conditione qua Eva peperisset, si non peccasset, an gloriosius, quia Deum et hominem genuit, et virgo permanxit, quod illa non esset, neque reliqua dum parerent, superflue queritur. In quo opere nemo sanctorum voluit dubitare, sed catholica fide hoc certum omnes prædictant, quia <sup>d</sup> nec in delicto concepit, nec in delicto et dolore cum corruptione peperit, neque Christus ex ea usum peccatum traxit: quod si ex ea peccatum non traxit, nec <sup>e</sup> admisit, quia nullis cruciatibus in nascendo matris vexavit pudorem, neque in aliquo ejus commaculavit virginitatem.

Non dicimus itaque, ut aiunt, quod monstruose sit natus, sed sicut presignatum est olim in prophetis, et traditum est nobis a sanctis Patribus, quod ipsa sit porta quæ ostensa est Ezechiel, de qua dicit: *Vidi portam in domo Domini, et hec erat clausa; et vir non transiet per eam, quia Dominus Deus exercitans ingressus est per eam* (Ezech. xliv, 2). De qua porta, beatus Ambrosius in eodem hymno de quo dixi, quem in honore sacratissimæ Virginis composuit: *Fit porta (inquit) Christi pervia, referta plena gratia, transitque Rex, et permanet clausa ut fuit per secula.* Ergo cum dicit *fit peria*, semetipsum exprimit, et ostendit transitum nativitatis ejus: cum dicit *permanet clausa*, ostendit adimpletum quod erat in prophetis. Clausa igitur non diceretur, si in aliquo laca esset ejus integritas; <sup>f</sup> sed quia in nullo est violatus pudor virginis, neque sons in aliquo resignatus, procul dubio patet sensus, quia clauso utero ad nos venit, sicut januis clavis ingressus est ad discipulos. Siquidem aspectus discipulorum utrumque tunc probavit, scilicet quod et fores clausæ essent, et quod Dominus per easdem introiens coram eis præsens astaret. Sic et fides nostra utrumque de Christo certissimum tenet: quod et pervia fuerit ejus integritas nascente Domino ex ea, et tamen uteris non fuerit reseratus. Alioquin quomodo clausum dici potest permansisse, quod violatum est?

<sup>a</sup> Quarto, Amel. et Ach. Feu-ard., quasi.

<sup>b</sup> Domino deest in Acher.

<sup>c</sup> Pro nati habent Amel. et Feu-ard. nasci, non male.

<sup>d</sup> Nec in delicto concepit. Hæc verba desiderantur in nostr. Amel. et Feu-ard.

<sup>e</sup> Admisit. Male Feu-ard. amisit; noster Cod. Ach. consentit.

<sup>f</sup> Corruptus hic locus in Feu-ard., et Amel. Cod.: Sed in nullo est violatus pudor Virginis, nec sons in aliquo reseratus. Procul dubio, etc.

<sup>g</sup> Non multo alter Feu-ard.: Nequaquam igitur dicit quisque sans sepi.

<sup>h</sup> La Barre emendavit sustinerent, quoniam in Acherio legebatur corrupte sustinere solam. Nos qui in nostr. Amelian. et Feu-ardent. reperimus

A Ant quomodo sine dolore et sine gemitu puerpera peperit, si more ceterarum seminarum vexatis visceribus filium edidit? Et si ita patuit, ut aiunt, quomodo clausa permanxit, ut fuit antequam pareret? Nec enim januæ illæ penetrabiliores erant clausæ quam uterus Virginis incorruptus. Idecirco non abs re creditur ad nos Dominum sic exisse, ut nativitas Christi de carne Virginis probaretur, et Virgo nullis cruciatibus vexaretur.

Forte dicti sunt isti, quod corpus jam incorruptibile et immortale exilius esset ad penetrandum quo vellet, quam esset prius antequam resurgeret. Nequaquam igitur hoc dicit quisque qui sane sapit, quia ex quo conceptus est homo, idem semper qui ante Deus fuit. Unde quando super undas æquoreas ambulavit ante passionem, non minus homo quam Deus fuit. Quod si ad naturam respicias rerum, aut corpus sine pondere vexit, aut undas sua potentia, quo <sup>i</sup> sustinere possent pondus corporis, solidius confirmavit. Et ideo, ut beatus Gregorius ait in homiliis suis (*Hom. 26*): Redemptoris nostri opera, quæ ex semetipsis comprehendit nequaquam possumus, ex alia ejus operatione pensanda sunt, ut rebus mirabilibus fidem præbeant facta mirabiliora. Illud enim, inquit, corpus Domini intravit ad discipulos Janiss clavis, quod videlicet ad humanos oculos per nativitatem suam clauso exiit utero Virginis. Deinde addit: Quid ergo mirum, si clavis januæ post resurrectionem suam in æternum januæ victurus intravit, qui <sup>j</sup> moriturus veniens non aperto utero Virginis exiit? Ecce tantus talisque doctor et summus pontifex de hoc quid senserit, qui omnes ante se legerat, tam Latinos quam et Grecos, eximios tractatores. Ecce ex hoc uno, quo nulli dubium esse credidit, approbat quod forte dubium esse poterat.

<sup>k</sup> Nemo igitur qui sane sapit de re multum dubia incertum aliquid affirmare contendit. Unde quia de illo corpore, quod videri poterat, fides intuitum dubitabat, duni fores cernebant clavis, magister veritatis ab eis omnia auctoritate dubietatem, cum eis manus et latu palparet et videre jubet. Ita et hic auctor egregius de hoc quod omnibus in commune certum esse credidit, rem valde difficultem astruxit et firmavit, quod corpus Dominicum post resurrectionem januæ clavis introierit, fueritque incorruptibile pari modo et palpabile. Tamen quilibet pacto ingressus ex Evangelio ad discipulos januæ clavis probatur, sicut et clauso utero Virginis natus.

<sup>m</sup> Quod si natus sic per vulvam jure dici non potest, ut isti volunt, omnino nec ingressus per januas; et tamen ingressus ad eos convincitur, quando in medio eorum stetit legitur; sicut et de sepulcro egressus <sup>n</sup> signato monumento monstratur, quando angelus revolvit lapidem, et vacuum ostendit monumentum. Unde liquido constat quod sicut saxeum illud osseum <sup>o</sup> ei pervium et penetrabile fuit, nec potuit cobibere vivum, quem prius claudebat sub sigillo mortuum; ita et claustrum matricis atque genitale Virginis cum esset clausum et signatum sigillo pudo-

C <sup>p</sup> sustinere possent, quod emendaremus non habemus.

<sup>i</sup> Morituras habent Acher. et Codex Am. Solus Feu-ard. elebat mortuus, pessime.

<sup>j</sup> Certatores, Feu-ard. et Amel.

<sup>k</sup> Alter in Feu-ard. et in nostr. Amel.: Nemo igitur qui sane sapit de hac re multum dubitet, incertum aliquid affirmare contendat.

<sup>l</sup> Primo scribit Feu-ard. solus.

<sup>m</sup> Alter in Feu-ard. quam in Amel. et Achero: Quia si natus sit per vulvam, vere dici non potest, etc.

<sup>n</sup> Signato monumento est, in nostr. Am. et Feu-ard. Acherius ediderat signatus, quod emendavit de la Barre.

<sup>o</sup> Et pro ei habent nostri. Digitized by Google

vis, cum impleti essent dies pariendi, non potuit obstatre partus integritas corporis; nec tamen <sup>a</sup> eguit reserari, quia <sup>b</sup> non oportuit ut esset tormentum ei qui erat honor matris et gaudium, quia Deo totum erat pervium in ea quidquid erat clausum; honor vero, quia totum erat deificum, <sup>c</sup> quod natum....

Fateor plane quod non tanta materies disputandi valeat inventiri, cui signato sepulcro exierit, vel cur clausis januis introierit ad discipulos, quanta quod de Maria virgine clauso exierit utero. Iu illis siquidem declaratur divina majestas, in hac autem monstratur divina dignatio; et secundum <sup>d</sup> humanitatem debitus honor matris, et reverentia pudoris. Hinc quoque beatus Ambrosius hymnidicis laudibus testatur (*In hymno in Natali Domini*) quod claustrum pudoris permanserit, et vexilla virtutum in ea fuserint, in qua tota majestas deitatis versatur, quounque plenitudo temporis adventi pariendi. Ergo in qua claustrum pudoris integrum permansit, nulla disruptio interveniit, nulla vexatio carnis, nulla soeditas dirae conditionis; et in qua vexilla virtutum micarunt, nullum peccatum primae originis, ut cruciaretur, viguit. Fulserunt autem vexilla virtutum in illo sacro puerperio, quando virgo concepit sine semine, virgo peperit sine dolore et gemitu, et permansit <sup>e</sup> virgo secunda prole. Hoc quippe est claustrum permanere pudoris, in nullo violatum esse genitale secretum, quod ei fuit apertum non in conceptu, non in partu, non in ulla confusione parturitionis. Nam et Ecclesia Christi omnes, tam Romana quam et Graeca, sic sua et divina silenter canit auctoritate, quod peperit virgo sine dolore, quod permansit inviolata, quoniam eam in omnibus illas servavit Spiritus sanctus, ut virgo haberet filium, et servaret ei honor tanto munere dignus, quanta sanctificatione uterus Deo fuerat dedicatus.

Explicit tomus de Partu virginis Marie primus, una cum sacris virginibus dedicatus.

### INCIPIT TOMUS SECUNDUS DE PARTU VIRGINIS.

Inter sanctarum Scripturarum eloquia cavenda est semper vana et superstitionis intelligentia; quia, sicut in Proverbii legitur, *Perversi difficile corrigitur, stultorumque infinitus est numerus* (*Eccle. i, 15*). Et ideo quorundam fratrum temeritas, quia semel <sup>f</sup> concepit sacramenta divini muneris procaci disputatione commaculare, et mysterium sacri partus superflua inquisitione discutere, malunt cum hereticis errare, quam eum Catholicis quae male sentiunt corrigere. Unde sibi quia <sup>g</sup> rimas vanae disputationis inventiunt, sentinam pravae colluvionis ad submersionem animarum fetidam nimis in Ecclesiis introducent, dum dicunt mendose Mariam virginem naturali lego Dominum peperisse, sicut reliqua pariuunt feminæ, et non affunde in partu incorruptam suisse solummodo, nisi quia ex viri coitu non conceperit. De cujus incorruptione jam me supra satis in priori tomo dixisse credo; sed quia isti nostris non acquiescant dictis,

<sup>a</sup> Cogit, Amel.

<sup>b</sup> Non potuit habent nostri.

<sup>c</sup> Quod natum. Legebatur in Acherio quo natum, et restituit De la Barre ut est in nostris.

<sup>d</sup> Humilitatem, Acher.

<sup>e</sup> Virgo desideratur in solo Feu-ard.

<sup>f</sup> Pro capite, quod est in Ach. et Amel., nostr. edebat Feu-ard. crescit.

<sup>g</sup> Rimæ, ambo iidem; Feu-ard., animas.

<sup>h</sup> Dum suas diffundant nanias, Acher.; nostri vero ut cithinus.

<sup>i</sup> Et virgo est. Ita Amel. God. cum Acher. Est non legitur in Feu-ard.

<sup>j</sup> Hic pro hi habet Acher., sed nos lectionem Amel. et Feu-ard. retinere maluimus.

<sup>k</sup> Affectionem edebat Feu-ard.

<sup>l</sup> Lubenter deleremus et hoc loco male insertum;

A pervicaci insultatione definiunt virginitatem non aliunde quam ex coitu viri corrupti posse, neque corruptam vocare debere Mariam, licet juxta legem pepererit omnium seminarum, eo quod, inquit, etsi viscera vel genitale secretum more cælerarum seminarum patuit, ut nasceretur Christus, virginitas tamen corrupti non potuit; propterea Dei genitrix sola virgo post partum et incorrupta fuit. Talibus igitur et hujuscemodi vaniloquii <sup>m</sup> dum sua diffundunt venena, sanctorum Patrum prætermittunt auctoritatem, et commaculant catholicam fidem. Unde, queso, quia nostra dignitatem audire, audiant beatum Augustinum, cui contradicere fas non est, de hac re in libro *Exchiridii* (*Cap. 34*) inter cetera disputationem. Ait enim: *Nihil humanae naturæ in illa susceptione fas est dicere defuisse. Non qualis de utroque sexu nascitur per concupiscentiam carnis cum obligatione delicti, cuius realius regeneratione diluitur; sed qualem de Virgine nasci oportebat, quem fides matris, non libido, conceperat; quoniam si vel per nascentem corrumperetur ejus integritas, non jam ille de virginie nasceretur; eumque falso (quod absit) natum de virginie Maria tota conficitur Ecclesia, quæ imitans ejus matrem quotidie parit membra ejus, i.e. virgo est. De quo sane opere ad Volusianum satis eleganter scribit, ad quem etiam libram nos legendum pro hoc remittit. Sed isti quia nec illum librum, nec hunc locum legere volunt, errant sua temeritatem decepti. Alioquin, ut hic egregius doctor fatetur (*Ibid.*), si vel per nascentem corrumperetur integritas virginalis, non fas esset eam dicere virginem, corrupta a nascente virginitate. Et si corrupta esset vel per nascentem, quomodo integra esset et illæsus virgo? Audiant itaque i hi vaniloquiantiam doctorem, et resplicant, ne forte introducant per suam falsam <sup>n</sup> assertiōnēm Christum in delictis conceptum, et iniquitatibus natum. Quia <sup>o</sup> et si de virginie non est natus, falsum est quod Ecclesia constiterit, ut hic ait, falsum et quod omnis Scriptura C Novi ac Veteris Testamenti de illa testatur. Sed quia omnino virgo permansit, nullis <sup>p</sup> pressa est doloribus, in nullo corrupta fuit. Et ideo <sup>q</sup> non secundarum spuriæ traxit, non sanguinis fluxuum emisit, non corruptiones viscerum <sup>r</sup> intra extraque pertulit. Quod si talibus et hujuscemodi pateret puerpera tormentis, procul dubio virgo non esset, quia virginalis integritas violata esset. Hinc Sebulius rhetor Romanæ Ecclesie in Paschali suo opere ait: *Infans namque parvus ac maximus, membris scilicet et exiguis, sed deitate præcelsus; per hospitalis templi sinceram definiens castitatem, non laxit corpus abscendens, quod non læserat cum venisset. Quod si ita est, in quo quia est, non ita natus est, ut ceteri pascuntur corrupto corpore, sed illæsus visceribus Deus et homo natus est. Unde adhuc idem: Vere divine generationis hoc secretum testis virginis partus ostenditur, qui materni pudoris custos ingressus <sup>s</sup> clausis visceribus conceptus est et creatus.* <sup>t</sup> Nihil ergo apertius dicere queunt, nihil manifestius ii sancti doctores de*

sed abstinentius, quia in omnibus Cod. reperitur.

<sup>m</sup> Pressa. Emendavit ita Acherius ductus conjecturis, pro passa, quod erat in suis Codicibus. Quam nos lectionem reperimus in nostro Amel. Feu-ardientius edebat affecta.

<sup>n</sup> Amel. Cod., nullus sororiam syncities traxit.

<sup>o</sup> Intra extraque. Lectio emendator, quam solus babet Amel. Codex. Acherius enim et Feu-ard. edebat infra extraque. Quod autem sequitur ad nos tres similiter editi, in quibus melior est lectio quam in Acherio: *Quod si talibus et hujuscemodi pateretur puerpera tormenta.*

<sup>p</sup> Exiguis corpore habent Amel. et Feu-ard., sed corpore certe redundant, et non habent Acher.

<sup>q</sup> Clausis solus habet Acher.

<sup>r</sup> Retinimus hoc loco lectionem nostri Amel. et Feu-ard., eamque præstulimus Acheriensem, quia talis

parte Virginis, quam quod integra virgo clausaque permanenserit, ut fuit antequam pareret; quod omnino non esset, si in parte more ceterarum seminarum corruptioni subjaceret. Nulla igitur virgo hujusmodi subjacet passionibus, et ideo vere virgo, quia integra et incorrupta est, jure dicitur. Sic et beata Dei genitrix, ut vere virgo dicatur dum parit, ex toto recte clausa inore virginum et incorrupta creditur. Quod si non ita maneret incontaminata ut relique virgines, vere virgo non esset. Quod ut ostenderet David propheta vaticinans de ea, satis congruo exemplo ita ait: *Descendet sicut pluvia in vellus, et sicut stillicidia stillantia super terram* (Psalm. lxxi, 6). Quem versum Cassiodorus senator in expositione Psalmorum pertrectans, vellus sacratissimam virginem Mariam intelligit detonsam ex oibus Israel, pluviam vero divinitati Verbi comparat; quia sicut pluvia in vellus cum summo silentio venit, ita perfudit per levitatem virginicum corpus, et possedit virginem mentem. Miro itaque modo, miroque comparationis exemplo firmavit vaticinando descensionis ejus in uterum virginis adventum; quia sicut pluvia integrum et inviolatum perfundit vellus, ita et divinitas Verbi incontaminatam et illesam servavit virginem. Integrum quidem eam invenit et incorruptam, quando descendit sicut pluvia in vellus, et ingressus est virginea viscera; descendit autem et sicut stillicidia stillantia super terram. Unde idem propheta in duas istis prophetice sententiis perfectam Christi incarnationem explanat. <sup>a</sup> Per stillicidia namque terram germinare cernimus, ex qua ad infusionem et humorem pluviae omne virgulum agri germinatur, et omnia terre viror nascitur. Sic et divinitas Verbi descendens in Mariam sicut stillicidia super terram, germinare eam <sup>b</sup> fecit germen vitae, et non aliunde quam ex seipsa, <sup>c</sup> id est, de carne Virginis per infusionem divinae maiestatis. Et ideo aque quod natum est ex ea, divinum et humanum fuit, ita ut ex Maria neque divinitas Verbi nata credatur sine homine, neque homo sine Verbo, quia Verbum caro factum est, ac per hoc Deus et homo unus est Christus. Porro per pluviam que descendit in vellus, non germinandi naturam expressit ex vellere, sed modum nascendi ex Virgine. Nam pluvia sereno tempore, quando perfundit vellus, aquae ad ingressum servat integratem ejus, aquae ad egressum quando resundunt, quia in nullo a pluvia velleris integritas violatur. Sic quippe de Maria virgine prefatus ille celestis orator sentit, sicut confitetur, quod nec ad ingressum Filii Dei sit corrupta, nec ad egressum violata, sed in omnibus plena gratia, integra et illesa servata; nec cum ingreditur, uterus aut viscera corrumperuntur, nec cum evacuatur, reserantur. Manet quidem genitale secretum, sed clausum et immaculatum: evacuatur uterus, ut vellus a pluvia, sed non in quæcantur viscera. Duabus itaque istis sententiis, ut prefatus docttor insinuat, Spiritus sanctus voluntari declarare, quod deum Isaias de Christo testatur

<sup>a</sup> Nil ergo apertius dici queunt, nihil manifestius hic sancti doctores de partu Virginis, quod integra virgo, etc.

<sup>b</sup> Esse, Amelianus et Feu-ard.

<sup>c</sup> Sicut stillicidia super terram, Feu-ard. solus.

<sup>d</sup> Plurium, Acher. et Amel., pro quo Feu-ard. corrupto primum edidit. Deinde ipse et Amelianus Codex habent divinitati, quod sumus amplexati, rejicientes tristitatem, quod edebat Acher.

<sup>e</sup> Firmavit est in Acherio: noster Am. et Feu-ard., omnes.

<sup>f</sup> Feu-ard.: Per stillantia namque terram germinare dicimus.

A dicens: *Quomodo descendit iuber et nix de caelo, et illuc ultra non revertitur, sed inebriat terram, et infundit eam, et germinare eam facit . . . sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo. Non revertetur ad me vacuum, sed faciet quemque rotui, et prosperabitur in iis ad quae misi illud* (Isai. lv, 10). Ecce quid per pluviam David voluit significare, et quid per stillicidia: profecto Spiritus sancti infusionem, et Verbi divinitatem, <sup>1</sup> ut germinaret in uterum Virginis, Verbamque caro fieret; non ut corrumperet virginem terram, sicut isti volent, sed ut germen ex ea in fructum erumperet, terreneque integritas illæsa manaret. Quod si pluvia tanta vis est et natura, ut inebrat terram, et infundat eam, germinareque faciat, multo magis Verbum Dei, cui est virtus et potestas, credeadum quod repleverit virginem viscera, et perfuderit, germinareque fecerit; nec tam corrupti eam suo ingressu, sicut nec violavit in egressu. Et hoc est quod David exorans Deo Patri ait: *Confiteantur tibi populi omnes* (Psalm. lxvi, 4). Et ne quereres quare ita confiteantur, continuo addidit: *Terra dedit fructum suum; fructum utique vite, et fructum incorruptionis; fructum itaque de ligno vite, quod plantatum legitur secus decursus aquarum, et non fructum de ligno inobedientie. Fructus namque inobedientie est mors, et luctus, tristitia, genitus, et dolor. Quia de fructu lignoi vite magis gaudium et vita metitur quam anxietas et moestitia, magis integritas quam corruptio et disruptio viscerotum. Quibus profecto exemplis prophetalis sermo ubique magis iuxta allegoriarum figuram fructum declarat prolis et incorruptionem matris, quam prime damnationis illatas justo Dei Judicio retribuciones. Et ideo religiosus per tractandum est de partu Virginis, quam perscrutandum scrupulosius, quod non licet, latebras vcntris. Unde nuper reperi in quadam authentico libro, ut fertur a multis, beati Augustini de sacro Dominice incarnationis sacramento, in quo inter cetera legitur ad locum quasi suo colloquens familiarissimo: Lege, inquit, cum timore, caute, et veni ad me, et dicam tibi quemadmodum Virgo concepit, quia melius est ut in sermone sit verecundia, quam in fide periculum. Quibus profecto veris insinuat quam periculosa sit temeritas, et quam caute ac secreta cum religiosis valde de talibus disputandum. Unde in eodem prosequitur opere fundendo preces ad Dominum magis quam verba: Da mihi, inquit, veniam, Christe, et parce ori meo, quia incarnationis tunc mysterium temerarius narrator attingo. Et licet tu clausum dimiseris uterum, nobis tamen permisisti aperire incredulis Evangelium. Ecce inter cetera sacramenta totum Deo tribuitur; unde charitatis obsequio suppliciter imploro, quia longe ab ejus laudibus impares sumus.*

*Explicit tractatus de Partu Virginis.*

D <sup>1</sup> Pro humorem, quod habent Ach. et Amel. Cod., edebat Feu-ard. honorem.

<sup>a</sup> Solus Feu-ard., facit.

<sup>b</sup> Lectionem Feu-ard. et Cod. Ameliani retinemus pro qua edidit Acher. idem.

<sup>c</sup> Hec verba usque ad illa nec cum ingreditur, unus habet Acherius.

<sup>d</sup> Cassantur, Feu-ard. et Amel.

<sup>e</sup> Verbum meum. Deest meum in Acher.

<sup>f</sup> Hic desinit Acherius; prosequuntur autem Feu-ardentius et Codex Amelianus, ut jam supra diximus in monito ad lectorem, qui quidem per se judicare poterit, utrum ea que adjicimus desiderentur necno ad debitam hujus opusculi conclusionem.

# FRAGMENTUM TRACTATUS DE PARTU VIRGINIS

## EODEM AUCTORE.

### MONITUM LECTORI.

Ex quo Acherii Editionem in superiori tractatu sequi decrevimus, constitueramus hocce illi fragmentum subjicere, cum ut ne omnino periret, tum quia in Feu-ardentii Editione et Cod. Ameliano reperiebatur, apud quos maximam partem consciebat libelli de Partu Virginis, a quo quidem argumento non erat alienum. Nunc autem postquam illud attentius perlegimus, non tam similis, quam ejusdem omnino cum superiori libello argumenti nobis visum est; tantisque hujus cum altero astutatis notas deprehendimus, ut si ejus auctorem a nobis queras, non dubitemus ipsum Paschasiuum Rabertum (qui et superioris) asserere. Id ipsum jam antea ex styli similitudine subobieramus, nunc vero omnino exploratum habemus. Primo enim ad sanctimoniales sicut in superiori scribit, quas frequenter in fine alloquitur: « Unde quia tali ac tanto sposo, dilectissimae, dicate estis, etc. » Adversarios quos oppugnat fratres sicut et supra appellat: « Idcirco quatenus cesserent fratres nostri, etc. » Idem omnino argumentum persequitur; unde concludit: « Quapropter cessent vaniloqui dicere quod communis sit natus de Virgine, etc. » Demum, quod eudem auctorem apertissime demonstrat, aliquas sententias ex superiori libello tanquam proprias non semel laudat. Ait enim: « Quia si maledictio illa adhuc in Maria viguit, adhuc et ipse Christus, ut sepe dictum est sub maledicto fuit. » Deinde alibi circa finem: « Nullus ascribat sacratissimam matrem contumelias intulisse, non genitus, non dolores, non serumnas . . . . quia haec omnia, sicut sepe dictum est, in prima origine illata sunt vindictae et retributio[n]es justissimae primae pravaricationis. » Dixerat vero haec omnia fere totidem verbis in priori tractatu. Ergo de hujus fragmenti auctore nulla amplius questio; qui credimus etiam partem esse ipsius libelli de Partu Virginis, quae vel ad secundum tomum pertineret, vel tertium et ultimum conficeret; namque sermonem ad moniales esse nemo dixerit, qui animadverterit hic etiam auctorem sicut in prima parte lectorum alloqui: « Si ad simplicitatem, aut, ditorum. . . . attendas, lector, etc. » De cetero Feu-ardentium cum Codice nostro contulimus, ex cuius lectio[n]e certe correctiori multa emendavimus.

secundum narrationem suam, quam luculent[er] definies et breviter ante ait: « Tu, inquit, clausum reliquisti uterum. Deinde addidit obscuriora mysterii, et ait: Dicam tamen quod <sup>b</sup> in cubili naturae conficitur. In vulva igitur Virginis sanguis genitalis et semen ejus humor fuit. Hujus sanguinis humorisque substantiam celatam carnem intus fecit: accessit quoque Spiritus sanctus, et haec quae fuerant <sup>c</sup> ibi glutino commassata, animando formavit, formata quoque distinxit in formam hominis animata[m], in qua Deus inclusus liniamentis suis tenebatur. Ecce dixi tibi, inquit, quemadmodum peperit; ita peperit quemadmodum ante concepit. In quibus nimirum dictis, si ad simplicitatem dictorum, et ad familiaritatem personarum attendas, lector, haec beati Augustini verba sunt. Si autem ad calumniantium astutias, nec Deus Verbum ullis inclusus est liniamentis corporeis, qui est immensus, quamvis totus in utero sit clausus factus homo, quia totus Deus totum suscepit hominem, in unitate persone, ut Verbum caro esset; nec se admiscuit, ut confunderetur substantia Verbi in carnem, ac si dno liquores adinvicem, sed ut uniret sibi suscipiendo hominem sine divisione et sine ulla commixtione in Deum. Ac per hoc ineffabiliter, licet fassus sit iste quod potuit, operatus est Spiritus sanctus, a quo concepsus est Christus: sicut est mater de qua concepsus est, ne duo dicantur patres. Ceterum de liquore seminis et de coagulo humoris, quod fuit in virtute et potentia Verbi, quo: laminodo, prout loqui fas est, eleganter est locutus, quoniam ipse est mons Dei ille in Psalmis, mous pinguis et coagulatus in utero Virginis: et non illi qui falso suspicunt sunt montes <sup>d</sup> incaseatos, sed solus ex Virgine Christus mons est, in quo beneplacitum est Deo Patri habitare in finem (Psal. LXVII, 17). Et ideo per Spiritum sanctum jure dicitur coagulatus, quia sicut lac <sup>e</sup> emulsus est, et concretus de humore vel sanguine, quod est, ut physici volunt, semen mulieris. Coagulatus est autem ac si ex lacte seminis, ut unus sit Chri-

stus, ex quo conceptus est Deus et homo potentia sue deitatis, et virtute quam ipse novit, quia sicut beatus Augustinus ait, conceptus in carne non est carnaliter factus, cuius ortus ex carne ubertatem attulit, integratatem parentis non abstulit. Quapropter, charissime, talia et hujuscemodi, ut hic præmonuit vir egregius, caute consideranda sunt, et prudenter intelligenda sunt. Deinde abaque ambiguo corde credendum est, et ore confundendum, ut ait, quod Virgo Bei genitrix ita peperit quemadmodum concepit; id est, quia Virgo immaculata clavis concepit visceribus, sicut sacer conditetur Ecclesia, simili modo clavis et incorruptis peperit sine dolore, sine genitu et sine tristitia et serumna; sic quippe ut concepit peperit. Nec enim aliter decebat, quia non esset virgo incorrupta, neque flore virginitatis, ut sunt reliqua virgines, si esset vexata vel in parti. Unde beatissimus Leo in sermonibus de Christi Nativitate ita loquitur: Quod nova nativitate generatus sit, concepsus a virgine, natus ex virgine, sine paternæ carnis concupiscentia, sine maternæ integratatis injuria; quia futurum, inquit, hominum Salvatorem talis decebat ortus, qui et iam se haberet humanae substantiae naturam, et humanae carnis inquinamenta nesciret. Ac deinde ait: Oportuit ut novo nasceretur ordine, qui novam impollutam sinceritatis gratiam humanis corporibus inferebat. Oportuit ut primam genitricis integratatem nascens incorrupti custodire, et complacitum claustrum pudoris, sanctitatis hospitium, virtus divini Spiritus infusa servaret; <sup>f</sup> quae statu erant dejecta erigeret, confracta solidaret, et superandis carnis illecebris multiplicatam pudicitiam donaret virtutem; ut virginitas, quae in aliis non poterat salva esse generando, fieret in aliis <sup>g</sup> imitabilis confitendo et renascendo. Nam, ut ipse testatur, haec nativitas, licet sit in eo natura consimilis, origo est dissimilis, quae humano usu et consuetudine, ut credimus, caret, quia divina potestate submixta est, ut virgo concepit, virgo peperit, virgo permansit.

<sup>a</sup> Tunc, Feu-ardent.

<sup>b</sup> In cubiculum, Feu-ard.

<sup>c</sup> Verbi, Feu-ard.

<sup>d</sup> Incaseatos, Feu-ard.

<sup>e</sup> Evulsus, Feu-ard.

<sup>f</sup> Quae lava statueret, confracta, etc.. Am Codex.

<sup>g</sup> Imitabilis, est in Am. Feu. ed., mutabilis.

Non hic, inquit, cogitatur parentis conditio, sed A nascentis arbitrium, qui sic homo natus est, ut volebat et poterat. Ubi si veritatem queris naturae, humanam cognosce materiam; si rationem scrutaris originis, virtutem confitere divinam. Item ipse in alio sermone, de ipsa eademque Christi nativitate: Nativitas. inquit, Domini nostri Jesu Christi omnem intelligentiam superavit, et cuncta exempla transcendent. Nec potest esse ulli comparabili, que est inter omnes singularis, que denuntiantur ab archangelo b esse sine damno pudoris. Beata secunditas sacram virginitatem nec conceptu c violavit nec partu. Superveniente quippe in ea Spiritu sancto, et Altissimi obumbrante virtute, incommutable Dei Verbum de incontaminato corpore habitum sibi humanæ carnis assumpsit, quæ etiam nullum contagium de concupiscentia traheret, et nihil eorum que ad anime corporisque naturam pertinent, non haberet. Quapropter recens fuit procu hæreticorum monstra opinionum, recedant infra suas tenebras insanarum sacrilegia falsitatum. Nos autem venerantes adoremus partum Virginis cum magis, et videamus atque intelligamus quod in principio erat Verbum apud Patrem, quod cum pastori bus Dominus ostendit nobis, in nullo dividentes visibilem ab invisibili, corporeum ab incorporeo, passibilem ab impossibili, formam Dei a forma servi, quia etsi unum manet ab aeternitate, aliud coepit a tempore; utraque tamen substantia sic in unam convenit personam, ut nisi fides credit, sermo explicare non possit. Hinc itaque Prudentius poeta suo præludens carmine id ipsum confirmat dicens:

*In tactam thalami virtus divisa pueram  
Sincero affectu per viscera costa maritat.  
Incomporta ortus nativitas jubet ut Deus esse  
Credatur Christos: sic conditus in umbra virgo  
Nubil Spiritui, vitium nec sensit amoris.  
Pubertas signata manet gravis, intus et extra  
Incolunis, florens de fertilitate pudica.  
Virginitas et prompta fides Christum bibit alico  
Corvis, et intacta condit partura latebris.*

Ergo, inquam, pubertas signata manet gravis; virginitas non violatur, quia integritas hospiti non corrumperit. Hinc est omnino quod sequitur: ipsa pubertas signata manet, intus et extra incolunis, florens de fertilitate pudica virginitas. Quod si intus et extra florens, incolunis manet, constat in nullo eam suisse contaminatam, non in gemitu, non in dolore, non in ulla carnis aut sanguinis corruptione; si totam intus et extra floridam laisse sine ulla molestiarum vexatione, dum concepit, dum gestavit, dum peperit, quia in ipsis omnibus florens, plena gratia, illæsa, et secunda, intactis latebris paritura permansit. Quia ubi corrumperit genitale secretum, nulla integritas, nulla virginitas manet matris, non naturæ, non sexus; ubi pudor carnis violatur, non ullius flos integratit. Porro partus iste genitricis Dei non fuit confusio matris de cuius ortu multitudine angelorum *Gloria in excelsis Deo canit* (*Luc. ii, 14*), sed honor et gaudium. Idcirco, sicut Petrus Ravennas in sermone suo monet, non te conceptus turbet, non te partus confundat auditus, quando virginitas quidquid est humani pudoris excusat. Que hic, inquit, verecundia lesio, ubi iniit divinitas cum amica sibi semper integritate consortium? Ubi est interpres angelus, fides probata, despontatio castitas, dotatio virtus, judex conscientia, causa Deus, conceptus integratit, virginitas partus, virgo mater? Ac deinde in eodem: Stulte, inquit, unde sordes in virginem matrem, ubi non est con-

cubitus cum homine patre? Unde sordes in ea quæ nec concipiendi libidinem, nec pariendo est passa dolorem? Unde sordes in domo, ad quam nullus hospes accessit, sed solus ad eam fabricator Dominus venit, vestem quam non habebat induit, d'eamque sicut invenit clausam reliquit? Et sicut ille natus est solus inter mortuos liber, sic istius, ex qua natus est, matris pudor solus integer est. Et ideo nemo vestrum judicet humano modo, quod divino geritur sacramento. Nemo mysterium coeleste discuriat ratione terrena. Nemo ex usu tractet novitatis arcanum. Nemo quod singulare est ullo metiatur exemplo. Hac ille. Nos autem dicimus, quia omnino non esset virgo Maria, saltem ut sunt reliquæ virginis, si esset vexata vel in partu. Nec puto quod ulla feminarum debet, teste conscientia, incorrupta vocari velle, etiamsi fas esset ei concipere sine viro, cum esset in partu tot corruptionibus pressa, quantis et quibus vexantur reliquæ, cum parvunt, feminæ. Alioquin quid prodesset, si esset virgo pudica in conceptu, quæ esset tam misera sub maledicto in partu, multis afflita doloribus, et corrupta impudice sati pro peccato suis cruciatibus? Non esset utique talis virgo, talis et tam beatæ in partu, qualis fuerat in conceptu, si esset corrupta diris doloribus, ut corrumpuntur reliquæ feminarum. Et non dico in partu, verum etiam nec post partum permansisset virgo. Et ideo quia non fuit hujusmodi partus sacratissimæ virginis Marie, ut isti asservant, et orat beatissimus Ambrosius: *Veni, ait, Redemptor gentium; ostende partum virginis: miretur omne seculum*: talis decet partus Deum. Non enim ait, ostende conceptua Virginis, sed partum, ut istos revincat erroneos, quod talis et tantus est, qualis Deum decet, et in quo miretur omne seculum. Plus enim in partu, ut ita dicam, aliquid declaratur, quam in conceptu. Quia in partu tota incorruptio ostenditur Virginis; in conceptu vero non aliud quam quia Virgo sine coitu gravidatur. Poterat namque, ut isti volunt, si lege humana nasceretur ex ea, deum vel in partu corrumpi, ita ut ipse conceptus homo feminæ intacta corrumporet viscera. Sed quia in partu omnino fuit incorrupta, probatur ex hoc quia et in conceptu. Et ideo beatus Ambrosius non ignarus tanti mysterii exorat et exoptat, ut ostendatur partus virginis, quem isti ignorant, ut in utroque monstretur virgo; b quia si esset ut isti asseverant, beata Maria virgo non esset, neque partus ejus talis esset ut deceret Deum, quia communis esset. Et si communis esset lege ceterarum mulierum, sub maledicto esset, sub quo parvunt omnes filiae Evae. Et ideo non esset in quo miraretur omne seculum, sed in quo et cum quo lugeret, quod absit, omnis mundus. Nunc autem quia claustrum pudoris permanet, ut iste testatur, in partu corrupta non est. Et ideo ipse est qui reprobamus est, de quo Isaiai vates ait: *Ecce virgo concipiet, et pariet filium* (*Izai vii, 14*). Virgo utique concipiet et pariet virgo, quia omnis divinitas Verbi, etsi virginis uterum non abhorruit, virginitatem tamen ejus in nullo corrupit, nec in partu, nec in conceptu. Quapropter si se tantum humiliavit, ut formam servi acciperet, noluit corrumpere matrem, qui venerat sanare corrupta, ut esset partus ejus mirabilis, in quo miretur omne seculum: quod non faceret, si esset communis. Hoc namque est illud insigne miraculum, de quo praefatus propheta canit: *Quia ipse Dominus dabit robis signum* (*Ibid.*). Ipse quidem per se et non per alium. Dederat namque multa signa per sanctos Patres, et patriarchas; sed hoc unum per seipsum dedit, quod valde mirabile

C humana nasceretur ex ea, deum vel in partu corrumpi, ita ut ipse conceptus homo feminæ intacta corrumporet viscera. Sed quia in partu omnino fuit incorrupta, probatur ex hoc quia et in conceptu. Et ideo beatus Ambrosius non ignorans tanti mysterii exorat et exoptat, ut ostendatur partus virginis, quem isti ignorant, ut in utroque monstretur virgo; b quia si esset ut isti asseverant, beata Maria virgo non esset, neque partus ejus talis esset ut deceret Deum, quia communis esset. Et si communis esset lege ceterarum mulierum, sub maledicto esset, sub quo parvunt omnes filiae Evae. Et ideo non esset in quo miraretur omne seculum, sed in quo et cum quo lugeret, quod absit, omnis mundus. Nunc autem quia claustrum pudoris permanet, ut iste testatur, in partu corrupta non est. Et ideo ipse est qui reprobamus est, de quo Isaiai vates ait: *Ecce virgo concipiet, et pariet filium* (*Izai vii, 14*). Virgo utique concipiet et pariet virgo, quia omnis divinitas Verbi, etsi virginis uterum non abhorruit, virginitatem tamen ejus in nullo corrupit, nec in partu, nec in conceptu. Quapropter si se tantum humiliavit, ut formam servi acciperet, noluit corrumpere matrem, qui venerat sanare corrupta, ut esset partus ejus mirabilis, in quo miretur omne seculum: quod non faceret, si esset communis. Hoc namque est illud insigne miraculum, de quo praefatus propheta canit: *Quia ipse Dominus dabit robis signum* (*Ibid.*). Ipse quidem per se et non per alium. Dederat namque multa signa per sanctos Patres, et patriarchas; sed hoc unum per seipsum dedit, quod valde mirabile

a *Ulla*, Feu-ard.

b *Esse deest in Feu-ard.*

c *Violatura*, Feu-ard.

d *Eam quia*, Feu-ard.

e *Tentet*, Amel. Cod.

f *Pressa*, ex Amel. namque in Feu-ard.. legebatur percessu, male.

g *Femina*, Feu-ard

h Hunc locum emendavimus ad Cod. Amel. Corruptus enim erat in Feu-ard. Edit., ubi sic legitur: *Quia si esset ut isti assererant, beata virgo Maria non esset, ut partus ejus esset talis ut deceret Deum*, etc.

i *Faciet*, Feu-ard.

est, ita ut miretur in eo omnis mundus, eo quod sit inaccessibile. Et si signum est ut reprobrium erat, sic completum est, ut natura nascentis comprobetur ex Virgine, et signum, quod ipse dedit, per se mirabile precletur ex divinitatis operatione. Hinc sane insinuant, qui hanc geninam operationem in Christo ubique non intelligunt, vel non credunt, in quo nec divinitas sine homine operata est, nec humanitas sine divinitate Verbi. Et ideo ubique excellit divina virtus in homine Christo, divini Verbi est sacramentum; ubi vero <sup>a</sup> humana operata natura in eo, quia formam servi suscepit, divini Verbi exinanitio, ita ut in nullo divisus inveniatur Christus, in nullo confundatur duarum naturarum gemina operatio. Et ideo Christus, juxta Isaiae vaticinum, totus est positus in signum populorum (*Isai. xi. 10*). Et non in qualicunque signo, sed, sicut Simeon ait, in signum cui contradicetur (*Lac. ii. 34*), quod adhuc hodie comprobamus fieri. Et si ei ubique haec contradicunt, etiam in partu nativitatibus. Nec mirum si contradicentes habent, cui repugnat et contradicunt <sup>b</sup> omnes adversarii consortes Antichristi. Et ideo tales et hujuscemodi pestes nec immiterio cum Antichristo execraramus, quia quorum una est perfidia in calunnianto, una erit poena damnationis in perseverando. Idcirco quatenus cesserent fratres nostri a talibus, et canant nobiscum fideliter cum sancto Ambrosio: *Veni, Redemptor gentium: ostende partum Virginis: miretur omne seculum, talis decet partus Deum.* Talis <sup>c</sup> utique qualem Christi constitutae Ecclesia, et non qualem isti autulant et configunt sibi mendose. Non in quo confundatur pudor virgineus, sed in quo miretur omne seculum, et collaudetur Deus. Non qui materna corrumpat viscera, sed qui corrupta restaurat, et innovet universa. Quoniam hoc est novum illud miraculum, iuxta Jeremiam, quod Dominum facturum reprobavit super terram (*Jerem. xxxi. 22*), non in quo vetostas peccati deserviat corrumpendo virginea membra, sed in quo renoverunt omnia. Unde Augustinus in Epistola ad Ephesios: *Quid enim in homine, qui a Salvatore nostro assumptus est, non novum fuit? conceptus, nativitas, partus, infans, doctrina, vita, virtutes.* Et ideo ex toto jure novum dicitur, sicut in conceptu, ita et in partu. Quoniam si esset in eo partu aliqua corruptio, esset peccati contaminatio, pro quo deserviret in Maria antiqua maledictio. Quia si maledictio illa adhuc in Maria viguit, adhuc et ipse Christus, ut a sepe dictum est, sub maledicto fuit. Sed quia solus inter omnes liber fuit a culpa, libere egit in nascendo ex Maria, libere et in omnibus pro quibus venit. Alioquin si ipse ex matre coquinatus esset, aut materna viscera quasi pro peccato corrumperet, et sordibus ex vitio prime damnationis coquinaret, non esset Dei Filius, sed adoptivus, ut ceteri; quinimo nec adoptivus, et nullus esset per quem adoptaretur ipse, si non esset proprius. Nunc autem, sicut beatus Augustinus testatur in omnibus libris suis, ex quo coepit esse, sine dubio in utero Virginis Filius Dei unicus esse coepit. Sed esse corpore dicitur, non secundum id quod Deus est, sed per id quod homo fieri temporaliter est dignatus. Nam qui semper erat Deus, ipse coepit esse homo: non aliter ipse quam Christus Deus est homo; unde ab omnibus, sicut et ab ipso, ubique unicus Dei Filius predicator. Hinc quoque in epistola sua ad Petrum: *Quibus, inquit, verbis explicabitur carnis illius excellencia singularis, cuius divina est ex ipsa sui perceptione persona?* Quia sic Verbum caro factum, ut in una

<sup>A</sup> persona esset cum carne sua Unigenitus ac sempiternus Deus ipsa sua carnis conceptione conceptus. Ipse unigenitus dum conciperetur, <sup>d</sup> veritatem coepit carnis ex Virgine. Et ista est, inquit, clausula, quod Deus factus est filius virginis Marie, et Maria virgo mater facta est Unigeniti Dei. De quo sane mysterio Cyrus ad Nestorium ita unum Christum constitutus, scificet Deum et hominem, non tanquam hominem adorantes cum Verbo, ne per hoc divisio quedam Spiritus introducatur; sed unum eundemque adorantes in unitate personae, quia non alienum a Verbo corpus suum est, neque divisum; quia Verbum caro factum est, et homo in Deum ita conunitus et assumptus, ut unus sit Deus, cum quo jam ipse etiam assidet Patri in Trinitate perfectius. Et ideo non Deus recens, neque homo purus; sed unus integer Christus cum Deo Patre, et cum Spiritu sancto colitur et adoratur. <sup>e</sup> Quod sane mysterium non maledictionis est fructus, non concipientis genitus, non dolor parturientis, non adoptionis ventris. Et ideo non est ille adoptivus filius, sed adoptator, ut ita dicam, caterorum; quia non in iniquitatibus concepit eum Virgo mater, neque in deficitis peperit, sicut reliqua parvula mulieres, <sup>f</sup> quae conceptum de Spiritu sancto, et natum, uatum in utraque natura Deum veraciter peperit; quae ut in conceptu ita et in partu virgo permansit, quod nulli alteri unquam contingere potuit; quia quidquid corruptio humana in corruptis generat visceribus incorruptum esse non potest. Ideo corrupte nature filii de concubitu iniquitatibus concepti, et in delictis de matris utero cum doloribus projecti, non aliud esse queunt quam ira filii. Hinc ergo est quod regenerantur ex aqua et Spiritu sancto, ut per hanc regenerationem solvantur ex Christi gratia a delictis prime damnationis, et adoptentur in filios Dei. At vero Christus non adoptivus, sed proprius Dei Filius: in plenitudine temporum venit, missus a Patre, natus ex muliere, factus sub lege (*Galat. iv. 4*), qui solus non egit regenerationis sacramento, neque renasci, <sup>g</sup> quoniam conceptus et natus non aliud fuit quam proprius Dei Filius, qui nobis per adoptionis gratiam sua dignatus est benignitate per lavacrum regenerationis largire fraternitatis consortium. Unde Joannes: *Quotquot autem recuperant eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri* (*Joan. i. 12*). Quam sane potestatem a Patre genitus ipse ex sua natura in se habuit, et non aliunde, ut proprius esset Dei Filius, et dare' qui us vellet gratis adoptionis gratiam. Et quia ita est, absit ut Christus ita natus creditur ut ceteri, sicut nec conceptus, quia Filius Dei est unicus de Patris natura: genitus. Quapropter audiant tam stulti disputationes, et non ascribant vile aliquid, aut foedum in Maria, vel triste, sed gaudium; non dolores, sed salutis gratiam in ortu Salvatoris. Audiam iam implenum in partu Virginis quod Habacuc propheta valde <sup>h</sup> perspicuus olim cum pavore et extasi a longe cernebat tremebundus: *Domine, audiri auditum tuum et timui,* <sup>i</sup> consideravi opera tua et expari (*Habac. iii. 2, sec. LXX*). Ac deinde: *In medio duorum animalium cognosceris.* Cognosceris autem quia dicit, insinuat quod priusquam nasceretur de Maria, non satis notus erat. Unde vellem isti tam religiose intendrent et considerarent partum Virginis, quem propheta talis et tantus a longe futurum prenoscit, qui praedicatione pavens ac tremens dicit: *Domine, audiri auditum tuum, et timui.* Et ut ad te loquaris, quid audisti, sanctissime Vates? Queso, indica nobis, quid audieris, quod cum tanto stupore miraris, vel quid ex eo

<sup>a</sup> *Opera humana habet Feu-ard., et paulo infra, ubi ex Amel. editus exinanitio, ille habet est ex animo.*

<sup>b</sup> *Omnis desideratur in Feu-ard.*

<sup>c</sup> *Pro atque scribit Feu-ard. ubique; non male, si post qualem inveniretur.*

<sup>d</sup> *Nativitatem, Feu-ard.*

<sup>e</sup> *Quia, Feu-ard.*

<sup>f</sup> *Quem, Feu-ard.*

<sup>g</sup> *Feu-ard. edidit: Quoniam proprius Dei Filius, qui nobis, etc., quae vero nos ex Amel. supplevimus non habet.*

<sup>h</sup> *Pro perspicuus quod Amel. habet, Feu-ard. edid. proprie.*

andita, quod tantum contremiscis? Non enim loqueris ex usu ineffabilia, quae cernis. Quia dicis auditum tuum audiri, non puto quod consuesti loqueris; vocem eam nos audiimus alicujus, et non auditum, quia auditus alterius non est, nisi ejus cuius et in quo est. Et ideo forte auditus tuus potius res est quam sonus, immo vox quam conversus Joannes vidit (*Apoc. 1, 12*). Hanc tu forte vocem considerans cernis Verbum consubstantiale, pro quo sic pavescis; ac per hoc unum est quod audis, et quod conspicis. Pro qua profecio voce et auditu valde perterritus sic exclamas. Sed ne forte nos extraneos relinqueres ab hujusmodi intellectu, continuo addis dicens: In medio duorum animalium iunctoresceris, dum appropinquaverint anni cognoscereis, dum advenierit tempus ostenderis. Ecce quam patenter iasinas quid audieris. Audisti itaque Verbum Patris, et conspexit non auditus auris, sed auditus mentis. Et hoc est opus mirabile, quod consideras. Considerabat enim mysterium incarnationis ejus, et partum sacrae Virginis. Ideo ait: In medio duorum animalium præsepe recognosce; et cum appropinquaverint anni, et advenierit tempus, plenitudinem intellige pariendi, quando Deus Pater, juxta Apostolum (*Galat. 4, 4*), misit Filium suum factum ex muliere, factum sub lege; quia tunc innotuit credentibus quod absconditum erat seculis et generationibus, et cognitum est quod nondum fuerat revealatum, et ostensum quod semper erat occultum. Unde Isaías: Tu es, inquit, <sup>b</sup> Deus absconditus, et nos nesciebamus te (*Isai. 45, 15*). Erat quidem Deus, sed absconditus. Sciebant autem plures quod esset Deus unus, sed nesciebant quod esset Filius. Idcirco recte nec Pater cognoscebat; sed cum venit plenitudo temporis, innotuit scipsum et declaravit Patrem. Agnito itaque Filio, agnitus est et Pater. Ostensus tamen primum in præsatio est per stellam in medio duorum animalium, quando et annuntiatum est per angelum, quod ipse sit Filius Altissimi. Hæc est namque visio illa mirabilis, et auditus valde ineffabilis. Hæc est ipsa eademque contemplatio, quam vidi Isaías, quando ait: *Puer natus est nobis, et filius datus est nobis* (*Isai. 9, 6*). Nobis quidem natus, et non sibi, sicut et datus, qui semper erat cum Patre natus. Et qui erat Patri coeternus unigenitus in natura deitatis, ipse unus idemque ex tempore natus per Virginem, et datus est nobis. Nobis quidem natus, et non sibi, quia coeternus Patri erat Filius. Quapropter cessent vaniloqui dicere, quod communis lege sit natus de Virgine, super <sup>c</sup> quem omnes mirantur prophetæ, cujus nativitatem in saeculo cum audiunt, timent et gaudent, pavent et adorant, silent et narrant, laudant quod explore nequeant. Unde laudemus et nos, charissimæ, et credamus quidquid est ad liquidum in hoc partu, quod penetrare sensibus et intelligere non valimus. Occurrите, sponsæ Christi, ad partum Virginis et ad præsepium. Videite, queso, miraculum; videite de Verbo hoc cum pastorib; adorare cum magis, quia Verbum quod erat in principio apud Patrem, jacet in præsatio caro factum: et quod in præsatio tunc jacuit, non in dextera Patris residens regnat. Quapropter non nobis vilis videatur sponsus qui in stabulo tam humiliter jacet, cui obsecundat Gabriel, et collaudant angeli, cui stella famularum, et totus deseruit mundus. Nolite, obsecro, cum istis persecutari latebras virginis partus, quasi corruptas, quia et ipsi defo-

<sup>a</sup> *Natum ex muliere.* Ita Cod. Amelianus, quod non mirum, quando constat nonnullos ita legisse, etsi altera lectio præferenda sit.

<sup>b</sup> *Deus deest in Feu-ard.*

<sup>c</sup> *Quam, Feu-ard.*

<sup>d</sup> *Emendavimus perious, pro parvus, quod habet fons ardent, neque debilitavimus, quanquam Amelianus legit per eum.*

<sup>e</sup> *Nobis virginibus legebatur in Feu-ard. Nos emendavimus nobis, quanquam in Amel. sit etiam nobis.*

A cerunt scrutatores scrutantes scrutinium vanitatis (*Psalm. lxxiii, 7*); quia talia sentiunt, qualia Domini matrem non decet. Sed venite cum gaudio, et videte procedentem Dominum planissima fide tanquam sponsum de thalamo suo; non, ut isti garriunt, doloribus virginæ membra corruptem, nec genitale matris secretum violentem, sed divinitus exultantem, ut Prophetæ cantit, et procedentem libere de aula ventris, tanquam sponsum de thalamo suo, quia <sup>d</sup> pervius factus est ei uterus clausus. Cujus nimurum egressus a summo cœlo fortis narratur ad currendum viam, et recursus usque ad sedem Patris (*Psalm. xviii, 6*). In quibus totus <sup>e</sup> vobis virginibus et Ecclesiæ sue festivus procedit sponsus, exultans ut gigas, ut sibi lætus ducat uxorem. Et ideo non sunt audiendi, qui dicunt quod quando processit de utero Virginis quasi sponsus alacer, tunc doloribus afflixerit matrem, corruperit viscera, violaverit pudicitiam, multiplicaverit tristitia et ærumnas, auxerit gemitus. Quod si omnino ita esset, non satis probabiliter diceretur Dominus tanquam sponsus procedens de thalamo suo; <sup>f</sup> nam sponsus quando procedit de thalamo suo, semper jucundus et alacer gaudet videri. Nec dubium quin uterus Mariae virginis ipse sit thalamus, in quo sponsi ac sponsæ, cum caro fit Verbum, fœdera <sup>g</sup> junguntur nuptiarum. Non enim, sicut testatur Cyrilus, caro Christi vel corpus thalamus vel templum debet intelligi, sed uterus Virginis, <sup>h</sup> quia in Christo non duæ sunt personæ, sicut nonnulli haereticorum voluerunt: quoniam non sic creatura, ut sanctus iste testatur, in societatem sui creatoris assumpta est, ut ille habitator, et illa habitaculi teneat focum; sed ut ita naturæ duæ alteri altera uniretur, et in tantam convenerint unitatem ut utriusque diversitas unus idemque sit filius. Properea cum nascitur homo de Maria virgine, non purus homo, neque communis lege naturæ, sed Deus Dei Filius, non cum eo, sed in eo nascitur. Sicut et cum solvit templum corporis Christi ex Evangelio, et resuscitat, Deus homo solvit in mortem, et Deus homo resuscitat ad vitam. Non enim ita solvit hoc templum, ut separetur a Verbo, sed sic solvit, ut possit Deus pati et mori in homine. Quoniam, sicut beatus Augustinus ait, ut ipse qui natus est de Patre, Deus Verbum natus est, et de matre Verbum caro factum est. Unus igitur atque idem Deus, Dei Filius, natus ante saecula, natus et in saeculo, et ultraque nativitas unius est Filii Dei. Verum etiam, inquit, de eodem matris utero idem Deus homo exiit, et in sepulcro idem Deus homo factus jacuit, et ab inferis idem Deus homo die tertia resurrexit. Quapropter, queso, audiant, quia in nullo ex quo conceptus est Deus homo, solvit Christus; alioquin, sicut ait Joannes apostolus, qui solvit Jesum Christum, hic non est ejus, sed hic est Antichristus (*1 John. 4, 3*). Idcirco cessent a talibus deliramentis, et confiteantur cum sanctis Patribus sic eum esse natum de virginе Maria, ut dignatus est et ut decuit Deum; nullas ascribant sacratissima matri contumelias intulisse, non gemitus, non dolores, non ærumnas, non ulla viæ vexationes, non ulla diræ tristitiae corruptiones, quia hæc omnia, sicut sæpe dictum est, in prima origine illata sunt vindictæ et retributions justissimæ primæ prevaricationis. A quibus omnibus beata virgo Maria quantum est aliena a culpa, tantum pro-

Sed fecimus ejus exemplo, quoniam in fine hujus opusculi ubi Feu-ard. habet sponsus noster, Amelianus Codex legit sponsus vester.

<sup>f</sup> *Nam sponsus, etc.* Verba hæc desiderantur in Feu-ard., in quo solum habentur sequentia, *semper jucundus, etc.*

<sup>g</sup> *Jungunt, Feu-ard.*

<sup>h</sup> *Quia in Christo non duæ sunt personæ.* Erat in Edit. et Ms. *quamvis duæ sint personæ*, certe corruptum; itaque emendavimus conjectura ducti.

cul dubio libera fuit a doloribus, et a pena. Quia de causa, charissimæ, exsultate in Domino et congaude, quia tantæ gratiæ comparticipes factæ estis; congratulamini, quia non solum castitatem, verum et virginitatem integrum illibatamque spenso vestro Deo religiose satis admodum vovistis. Unde quia tali ac tanto sposo, d lectissimæ, dicatur estis, servate immaculatum connubium vestrum, et dotalia jura, quæ non nisi fide integra et operibus servantur. Exorate, queso, pro me, quia dignus non sum vobiscum ante thronum hujus virginis dulcia cantica frequentare dramatis, saltem mihi venia donetur vestris intercedentibus meritis. Deinde, obsecro, agite precibus hoc munus quamvis subulco vobis sermone dictum, virgo beata vestro dignetur obsequio suscipere, quia, ut scitis plenissime, nostris non eget laudibus, quam omnis illa supernorum societas hymnidicis indesinenter celebrant melodiis; B

\* Qui emendavimus, quamvis in utroque sit quam, nec dubitamus quoniam ita legendum sit.

A neque jam ulis potest obscurari calumnias, quæ gloriosa super choros angelorum sublimata, veneratur ab omnibus, et dum adorant et collaudant Filium Dei, ipsum eundemque ejus confitentur filium, et recognoscunt non alium esse, a qui coequalis et substantialis Deo Patri credatur et adoretur ab omnibus, quam qui natus est de utero Mariæ virginis. Et ideo, sponsæ Christi, sic respicite ad cunas, et ad præsepium, ut eum semper consedere intelligatis in dextera Patris, non jam vagientem inter crepundia, neque pendente in cruce, sed regnante super omnia, cui data est, ut ipse testatur, omnis potestas in celo et in terra (*Math. xxviii, 18*), cui flectitur omne genu coelestium, terrestrium, et infernorum, et omnis lingua confitetur, quia Dominus Jesus Christus sponsus uester<sup>b</sup> in gloria est Patris (*Philipp. ii, 10*). Amen.

\* Noster, Feu-ard.

#### ALIUD FRAGMENTUM

#### EX LIBELLO DE PARTU VIRGINIS.

*Prout est in Editione Feu-ard. et Cod. Ameliano, in quo exordium potius cujusdam sermonis ad populum continet.*

Quotiescumque, dilectissimi, vobis aliquid pro amore Creatoris nostri in ejus creatura dignis laudibus praedicatur et extollitur, ad ejus procul dubio laudem referunt, qui auctor creaturarum est, ut de creatura sua factor intelligatur et laudetur; quoniam, iuxta Apostolum, *incisibilita Dei per ea quæ facta sunt, intellecta conspicuntur.* (*Rom. i, 20*); sicuti, ut ita dicam, fieri solet in quadam laudabili et mirabili artificio, dum quidquid in eo multis et magis laudibus effertur, totum ad gloriam et laudem manus artificis jure inspicitur. Sed longe incomparabiliter Deus laudandus est in sanctis suis, et in omnibus operibus suis praedicandus. Hinc quoque David: *Laudate Dominum, inquit, in sanctis ejus, laudate cum in firmamento virtutis ejus* (*Psal. cl, 1*). Quod ut digne possit fieri, fides prius adhibenda est, quoniam omnia opera ejus in fide; deinde intelligentia requirenda; alioquin, nisi credideritis, sicut Isaías ait, *non intelligetis* (*Isai. vii, 9*). Intelligibilia autem Dei per ea, ut dictum est, creaturarum quæ facta sunt et sunt in sanctis ejus, digne in fide cum pie-

tate devotionis considerata intelliguntur, intellecta vero ad plenum vere laudantur (*Rom. i, 20*). Quæ nimurum laus in conspectu Dei et angelorum ejus tanto amplius gratificatur, ut acceptior fiat, quanto in eisdem sanctis et veris operibus Deus sapienter fide creditur, et intellectu pie videtur. Hinc quoque David valde gratulabundus, tertio repetendo exhortatur dicens: *Psallite Deo nostro, inquit, psallite regi nostro, psallite* (*Psal. xlvi, 7*); Patri videlicet ac Filio; et ut Deus Trinitas commendetur una cum Spiritu sancto, *psallite, inquit, sapienter* (*Ibid., 8*). De quibus profecto quisque non recte intelligit aut credit, non dico sapienter, verum nec utiliter, sed in vanum psallere videatur. Ideo, dilectissimi, adhibete diligentiam in omnium sanctorum festivitatibus, maxime vero in hac celebritate genitricis Dei, ut bene intelligendo ac recte vivendo, in ejus laudibus digne assistere, et sapienter Deo psallere possitis; quoniam quidquid genitrici ejus officiosissime impenditur, illi nimurum impeditur, cui jure patet omne clausum....

## S. HILDEFONSI SERMONES DUBII.

#### ADMONITIO AD LECTOREM.

Noli mirari, lector optime, quod sequentes sermones operibus dubiis et incertis sancti Hildefonsi a nobis accenseri videoas, quos tamen audis a viris non indoctis tanquam suos frequentissime laudatos, et quasi Hildefonsinos communis opinione receptos. Facimus etenim nec temere, nec sine aliorum virorum magna doctrina laude præstantium suffragii, sine quibus nunquam ausi fuissimus judicium de illis adeo aperte pronuntiare. Neque enim ignoramus quantæ invidiae res plena sit, opiniones vetustate quotidiammodo consecrata, atque hominum animis altis radicibus infixas evellendas suspicere; quamque difficile in operibus sanctorum Patrum paulo accuratius examinandi atque dijudicandi occupatum, intemperioris criticæ notam effugere. Itaque quod dicimus, rem esse valde incertam, utrum sermones isti revera sint sancti Hildefonsi, non nisi post seriam meditationem, longunque examen illorum institutum, post multas eorum inter se, tum cum aliis operibus sancti Doctoris collatis factas, facem semper nobis præferentibus viris omni doctrina et eruditio præstantibus, denique non nisi gravibus rationibus adducti, pronuntiamus. Quæ omnia paulo suscitat exponere opera pretium erit.

De sancti Hildefonsi sermonibus nihil amplius a posteriorum temporum memoriam pervenerat præter historicorum testimonium, a quibus commemorantur nonnulli sermones ab ipso conscripti, et cum ceteris operibus suis in lucem cmissi; neque postrema secula ullum illorum Exemplar viderant, donec seculo decimo sexto omnium primus Franciscus Feu-ardentius, nobilis theologus Parisiensis e fratre. Minorum